

post earum obitum per N. & N. quos elegit in patronos dicta Ecclesie, manentem debeant d. o. Capellani, qui omni die residentiam faciant in dicta Ecclesia, & qui celebrent, & celebrare debeant Missam in eadem.

Præterea quædam habet inspectiones. Altera est, an capella, de qua agitur, sit Sacerdotalis. Altera an requiratur Sacerdotium actu, Quoad primam inspectionem, omnia priori clausula foundationis, de qua inter partes non controversatur, videtur respondendum capellam esse Sacerdotalem ex posterioribus illis verbis; Manentem debeant duo Capellani, qui omni die residentiam faciant: Non quia directe testator iusserit eligi Capellanos Presbyteros, sed quia censetur voluisse, ut eligantur Capellani, qui per seipsum Missas celebrent, quod perinde est, ac si voluisset ut Pres-

byteri eligerentur. Quamvis enim sæpe alias S. Congregatio Concilii, & præsertim die 6. Iulij 1581. quam Rota secuta est in causa Romana Capellanæ coram Card. Pamphil. declaraverit non teneri Capellanum sacros Ordines suscipere, sed per alium Missarum oneri satisfacere posse, dummodo in fundatione cautum non sit, ut Capellanus per seipsum celebret, secuta opinionem 12 Lapi in sua allegat. videlicet 36. 116. & 117. Nihilominus in casu præsentis facis videtur cautum in fundatione, ut capellanus debeat per seipsum intervenire ex illis verbis. Et qui omni die residentiam faciant in dicta Ecclesia, ex pluribus.

13 Et primo, quia cum dicta capella nec parochialis sit, nec collegiata, ac proinde onus non habeat cura, vel chori, ex nullo alio capite poterat exigere residentiam, quam ratione celebrationis Missarum. Sed oneri residentie de iure etiam in beneficiis simplicibus non potest per alium satisfieri, ut hic, & in cap. super inordinata, ubi DD. infra de præben. Ergo nec Missis celebrandis, quarum ratione in casu præsentis requiritur residentia, id est personale servitium. Nam alioquin onus residentie frustra fuisset impositum à testatore, nisi Capellanus teneretur per seipsum intervenire, cap. Quia nonnulli, si præ. eod. Bene Card. in Clem. unica, num. 2. de foro compe. ubi ait onus residentie esse intelligendum cum effectu, præsertim cum hoc casu Capellani arctentur ad residentiam continuam, ut in verbis, omni die.

15 Et per hoc responderetur ad allegat. Lap. 116. n. 9. in fin. vers. Etsi dicat, ubi dicit Parochum licet teneretur ad residentiam, posse tamen per alium celebrare, cum non teneretur per seipsum. Id enim vi verum est, procedit, quia illa residentia in Parocho factis operatur, id est quoad Sacramentorum administrationem, Verbi Dei prædicationem, &c. At in casu, de quo agitur, esset omnino inutilis, cum nullum aliud onus addit, quam celebratio Missarum.

16 Secundo, Residere nihil aliud est, quam deservire, ut hic est textus apertus in illis verbis, vel quod etiam Ecclesia non deserviat, & notat Host. in Sum. de cler. non resid. n. 2. vers. Qualiter autem, & expressius Card. in Clem. 1. n. 22. vers. Decimo tertio quæro, de foro comp. Sylv. in verbo Residentia, in princ. Præposit. in cap. Pervenit, n. 4. vers. Et vota quod residere est deservire, 7. quæst. 1. Sed Capellani hoc casu tenerentur residere per seipsum, cum non admittatur residentia per subalternum, d. e. super inordinata; Ergo etiam tenerentur per seipsum interven-

re. Unde Navarr. conf. 6. n. 3. de cler. non resid. affert hæc verba residet, interfit, canet, vel serviat, esse æquipollentia, cum præsertim iudicium, de qua in casu nostro, sit de illa specie arctior, quam ponit Innoc. in cap. fin. in fin. de Prab. ob verba illa foundationis, omni die. Quo casu requiritur servitium magis præcitur, ut per Innoc. ibi: & Navarr. conf. 4. n. 4. de cler. non resid.

Tertio. Cum testator locutus est de residentia, dicendus est intellexisse de illa, quam requirit huiusmodi beneficia simplicia de iure comm. ut in hoc c. Odr. conf. 140. num. 7. ver. Etsi dicatur, Rebuff. in præx. tit. de non resid. n. 7. Anch. conf. 2. 3. 3. n. 3.

18 Sed beneficia de iure communi requirunt residentiam personalem, ut dixi supra in 1. notab. & tradit Abb. in d. cap. super inordinata, num. 5. ubi nota, inquit text. apertum, quod quis tenetur per se deservire etiam in beneficio simplici. Et est communis DD. conclusio, ut testatur Navarr. conf. 6. n. 2. de cler. non resid. Ergo & beneficium de quo agitur requirit personale residentiam, quæ videtur reddisse ad primæviam naturam suam, arg. l. Si unus, §. Pactus ne peteret, ff. de pact.

19 Quarto. Verba illa foundationis, & qui celebrent, &c. faciunt relationem præcedentium cum omnibus qualitatibus, Bartol. in l. Si quis servus, §. fin. vers. Sed quæro, de leg. 2. Alex. conf. 112. num. 2. lib. 1. & conf. 141. num. 1. lib. 2. Sed verba illa antecedentia, qui omni die residentiam faciant, &c. important onus personale, ut superius dictum est. Ergo etiam illa immediata sequentia, & qui celebrent, & celebrare debeant, &c. idem onus personale important præsertim ob conditiones geminatas, celebrent, & celebrare debeant, &c. quæ ostendunt magis enixam fundatoris voluntatem, ut in terminis Paril. conf. 50. n. 1. §. lib. 4.

Quinto. Hanc opinionem videtur sequi Lap. alleg. 119. n. 2. vers. Nec etiam requirit. Ubi sonit Presbyterum tunc posse per alium intervenire, cum verba foundationis illum non arctent ad resid. Et idem Lap. alleg. 35. num. 4. ubi ait factis esse per Vicarium deservire, ubi non exigitur à iure personalis residentia, quali sentiat oportere deservire per seipsum, ubi personalis residentia requiritur, ut in casu præsentis; & loquitur in terminis Capellanæ, & de communi usu loquendi fundatorum in hac specie testatur Navarr. conf. 6. num. 6. de Cler. non resid. ubi ait secundum vulgarem modum intelligendi eorum, qui fundant huiusmodi Capellanias, per residentiam intelligi personalem.

22 Quæ confirmantur ex provisionibus immediate subsecutis de Sacerdotibus, quæ multum faciunt ad cognoscendum an Capella sit Sacerdotalis, ut in specie Patif. d. conf. 50. num. 1. 9. lib. 4. Lambert. de iure patr. in 1. parte lib. 1. in 2. quæst. princip. art. 4. §. lib. 2. quæst. 7. art. 3. num. 22. Et dixit Rota in Salamantina Capellania 12. Iunii 1598. coram Orano. Et in Alexandrina, Decanatus 19. Iunii 1598. coram eodem; & in Recanata, Beneficij 14. Martij 1608. coram Cardinali Lancelotto, quæ habetur in Recen. decis. 216. num. 35. part. 2.

23 Nec obstat, quod ultimo loco fuerit præsentatus simplex Clericus, Aym. conf. 100. n. 11. Si quidem hæc præsentatio tanquam longè facta post fundationem capellæ non potest deservire per ob-

servantia interpretativa actus foundationis, ut decidit Rota, Rom. 19. Octobris 1588. in Titulensi Juris præsentandi coram Bubalo, & in d. Alexandrina. Decanatus, coram Orano, 12. Iunii 1598. Præterquam quod hodie ex Decreto Concilii Trident. c. 5. sess. 25. de reform. non est in facultate Ordinarii derogare qualitatibus in fundatione appositis, etiam de consensu patronorum, ut censuit S. Congregatio, & dixit Rota in d. Alexandrina, Et ubi constat de certo statu præcedenti, ut hoc casu, non attenditur ultimus status contrarius, ut in puncto dicitur fuisse resolutum in causa Caputaq. seu nullius jurispatr. coram Clemente VIII. prima Martij 1574. & 11. Martij 1575. & in alia Perusin. S. Bisignati coram Cardin. Pamph. 13. Martij 1588. & in eadem 17. Martij 1589.

25 Ultimo, pro hac sententia videtur in terminis esse indicta decisio S. Congregationis edita tempore Cardinalis Matthæi, videlicet:

Posito tenore foundationis; Sint tres voces in præsentando Sacerdotem, & Capellam d. Capellæ, qui serviat in Divinis eidem Capellæ, & ibidem continue Divina celebret, Missam, & officia diurna, & nocturna, & residentiam continuam faciat, &c.

26 Quæritur an Rector dictæ Capellæ teneatur residere, ac munia supra dicta adimplere per seipsum. S. Congregatio censuit, huiusmodi Rectorem teneri residere, ac munia huiusmodi explet per seipsum.

27 Ubi notandum est, S. Congregationem non fuisse motam ex illis verbis: sint tres voces in præsentando unum Sacerdotem, &c. quia ex hoc solum inferretur, ut Capella sit Sacerdotalis, sed non inferretur, ut Sacerdos teneretur per seipsum intervenire; jam enim S. Congregatio declaraverat ex verbis foundationis, quod debeat eligi Presbyter Capellanus, inferri tantum, ut Capella sit sacerdotalis, sed tamen Presbyteri posse per alium intervenire. Sed S. Congregatio mota est simpliciter ex illis verbis: Residentiam continuam faciat, quæ important onus personale. Ex quibus cum huic parti videantur favore jus commune, vulgaris usus loquendi testatorum, observantia subsecuta, ac responsorio S. Congregationis, videtur posse tunc responderi dictos Capellanos teneri per seipsum celebrare, ac propterea Capellam esse Sacerdotalem.

28 Quoad secundam inspectionem, videlicet an requiratur ut Capellani præsentandi sint actu Sacerdotes, quod est alterum caput dubitationis per manus transmissum, Videtur negativè resolvendum; quia quotiescunque verba foundationis non respiciunt actum præsentationis, sed potius illius prosecutionem, satis est, ut præsentatus sit Sacerdos habitu, licet non actu, Abb. in c. Cum in eundem §. Inferiora, sub n. 10. & ibi etiam Dec. n. 12. de elec. Vital. in Clem. 2. §. in illa n. 16. post Imol. eod. 10. de ar. & qual. & sentit sæpius Rota; & præsertim in causa Rom. Capellanæ 19. Martij 1586 & die 14. Novemb. 1586. & 23. Ianuarii 1589.

29 Et confirmatur, quia regula est in beneficiis Sacerdotalibus, sufficere solum habitatem ad Sacerdotium, cap. 2. cum ibi not. de instr. lib. 6. Abb. & Dec. post Innoc. in d. §. Inferiora, Rolan. conf. 42. n. 59. lib. 1. ubi testatur de communi, & in terminis Capellanæ Sacerdotalis de recepta opinione testatur Navarr. conf. 7. in fin. de Prab. Unde S. Congregatio censuit huiusmodi capellanias posse cõ-

ferri simplici Clerico, in ea tamen ætate constituto, ut intra annum ad Sacerdotium promoveri queat, nisi alia essent verba in fundatione posita, quæ requirerent obtinentem tempore collationis esse actu Presbyterum. Verba autem præsentia foundationis sunt, Manentem debeant duo Capellani: quæ habent potius tractum successivum, quo casu non requiritur qualitas actu, sed sufficit aptitudo, Alex. conf. 101. n. 13. lib. 7. Soc. in l. Solemus, in fin. ff. de cond. & demonstr. Dec. conf. 480. n. 8. Ruyn. conf. 9. n. 2. lib. 1. Hoc enim verbum, manentem, in casu præsentis idem importat, quod alere, seu sustentare, quod vulgariè dicitur (mantere) ut in simili consuluit, Bald. conf. 110. per totum, & conf. 145. per totum, sub. 3. In verbo autem, sustentationis, quod æquipollet verbo, manutionis, adeh in puncto decisio Rotæ in d. Rom. Capellanæ die 19. Martij 1586. Ubi deciditur, verba illa in fundatione capellanæ Sacerdotalis apposita, nempe pro sustentatione unius Clerici, qui in Divinis interserviat, &c. non respicere actum præsentationis, sed illius prosecutionem; ideoque non requiri Sacerdotium actu. Atque ex his videtur concludendum, capellam prædictam esse quidem Sacerdotalem, sed non requirere Sacerdotium actu, & hæc pars mitior videtur, & magis consona voluntati fundatoris, qui in secunda parte fundationis non meminit qualitatibus Presbyteratus, sicut fecerat in priori parte.

De hac materia scripti latissimè in cap. Ut Abbares, & in cap. Quarum supra de stat. & qualis ubi plenè videas.

De Clericis non residentibus.

Cap. De cetero.

S V M M A R I V M.

- 1 Canonici existunt in servitio Episcopi, percipiunt fructus beneficij, sed non distributiones quotidianas.
- 2 Et quid de existentibus in servitio inferiorum Prælati, & num. 6.
- 3 Beneficij absentibus de iure communi nihil debentur ex redditibus beneficij.
- 4 Absentes pro servitio domini sui pro presentibus sunt habendi.
- 5 Episcopi habere possunt duos Canonicos tantum pro servitio suo, etiam sine Capituli consensu, & non probata utilitate Ecclesie. Declaratur num. 12.
- 6 Prælati inferiores an uti possint opera duorum Canonicoꝝ sine Capituli licentia, vel non probata Ecclesie utilitate.
- 7 Episcopus an. & qualiter pro suo servitio habere possit ultra duos Canonicos, & num. seq.
- 8 Licentia Capituli non requiritur ut plures Canonici, quam duo abesse possint ex causa utilitatis Ecclesie, sed sufficit licentia Episcopi.
- 9 Distributiones quotidianæ absentibus non debentur, quantumcumque ab sint ex iusta causa.
- 10 Distributionum quotidianarum qua sit natura.
- 11 Canonici duo, vel Beneficij absentibus non servitio Episcopi an percipere debeant sine diminutione distributiones quotidianas, in quibus universi Ca-

- 12. *pirali reditus consistunt. & n. seq. usque in finem.*
- 12. Absentes pro servitio Episcopi, quatenus Episcopus est, censentur abesse pro servitio Ecclesie.
- 13. Ecclesia est in Episcopo.
- 14. Beneficari Cathedrali Ecclesie, sicut & Canonici absentes pro servitio Episcopi percipiunt integre fructus beneficiorum suorum.
- 15. Canonici duo cogi possunt, etiam in viis, Episcopo inservire.
- 16. Absentia causa quadam probabilis est, quadam necessaria.
- 17. Distributiones quotidianas de jure communis integre lucratur duo Canonici in servitio Episcopi existentes, si universi Capituli reditus hujusmodi distributiones consent. Et quid post Concilium Tridentinum n. 29. usq. in finem.
- 18. Distributiones quotidianas succedunt loco fructuum Præbende, ubi nulli sunt reditus a distributionibus distincti, & n. 23.
- 19. Intellectus, cap. Olim de verbor. significat.
- 20. Privilegia jura ita intelligi debent, ut aliquid v. prentat, & non sine elusoria.
- 21. Absentia pro servitio Episcopi, & studiorum causa aquiparantur.
- 22. Studiorum causa absentes de jure communis integre percipiunt distributiones quotidianas, in quibus reditus omnes consistunt.
- 23. Idem in absentibus ex dispensatione apostolica Canoniarum, & Parochialium.
- 24. Canonici nullam detrimentum sentire debent ex absentia, cum non stat per eos quominus resideant.
- 25. Distributiones quotidiana debentur Canonico ab Ecclesia pro vim expulso.
- 26. Item in iuste excommunicato, aut carceri mancipato, si antea solitus erat Divinis interesse.
- 27. Villana tenentur distributiones quotidianas.
- 28. Distributiones quotidiana proprie qua sint.
- 29. Canonici absentes pro servitio Episcopi post Concilium Tridentinum percipere debent duas tantum tertias partes distributionum, ubi alii non sunt redditus a distributionibus separati, & num. seq. usq. in finem.
- 30. Distributiones ubi nulli sunt, vel tenues, tertias partes fructuum separari debet, & in distributiones converti.
- 31. Videtur non esse tanta potentia, quanta est veritas, & naturalis actus.
- 32. Natura primaeva facillime retinetur, quam nova inducitur.
- 33. Naturalis causa præfertur accidentali.
- 34. Canonici studiorum causa absentes post Concilium Tridentinum lucratur duas tertias partes quotidianarum distributionum, in quibus redditus omnes consistunt amissa alia tertia, que accrescit inservientibus.

**D**E CÆTERO. Legitur dupliciter. Primò exponendo litteram, ibi, *In servitio tuo, id est, Episcopo*; nam Episcopo loquitur secundum Host. in princ. Et juxta hanc lecturam summatur sic. Qui est in servitio Episcopi percipit fructus beneficii tanquam residens, sed non distributiones quotidianas. Secundò legitur intelligendo litteram generaliter non tantum in Episcopo, sed etiam in quocunque alio Prelato habente in subditos ordinariam jurisdictionem, prout intelligit Innocentius, cujus opinionem se-

quantur communiter Doctores, ut hic testatur Abb. n. 3. Nam littera simpliciter dicit, *In servitio tuo, nec colligitur ex supralcriptione*, cui hæc Decretalis epistola directã fuerit. Et forte Pontifex rescripsit inferiori Prelato. Et eadem ratio militat in omnibus Prelatis respectu subditorum, ut dicitur; Andr. Butr. Abb. & alii. Nisi tamen Canonici, vel inferiores clerici hoc malitiosè procurarent, vel affectarent, arg. l. 2. §. Si qui caution. & l. qui mittuntur, cum duabus seq. ff. ex quibus Can. major. secundum Innoc. Host. & Joan. Andr. Et juxta hanc lecturam Decretalis hoc intendit; Canonici, qui in servitio Prelati, singitur residere, Dividitur in duas partes. Primò ponitur dictum. Secundò exceptionem, ibi, *Nisi forte*.

Nota primò casum in jure expressum, in quo Canonici percipiunt in absentia fructus præbendæ: Regula enim est in oppositum, quia absentibus nihil debetur ex reditu beneficii; & hoc est jus commune, cap. Cum omnes; ubi hoc notat gloss. 1. *supra de Constitution. cap. Per venit, si secundo, de appellat. cap. Inter quatuor, & cap. fin. infra eodem, gloss. in cap. prox. in ver. deserviat supra eodem. Butr. hic num. 2. & alii apud Covarr. lib. 3. variet. resolu. cap. 13. n. 3. vers. Verum.* Sed fallit in Canonici in servitio Episcopi existentibus, ut hic patet. Et sufficit ut absint pro servitio Episcopi, quatenus Episcopus est, licet verè utilitatem Ecclesie non proficiantur, secundum Doctores, ut latius dicam infra num. 12. Ad hoc textus optimus, in l. Testamenti, ff. de aliment. & cibarij lega. & in l. Præditi, §. 1. ff. de fund. instrum. ubi absentes pro servitio domini sui pro presentibus sunt habendi.

Dicit tamen notabiliter Host. hic n. 1. *vers. Dicitur*, hoc esse privilegium Episcopi speciale, ut possit pro servitio suo uti opera duorum Canoniorum, etiam sine Capituli consensu, & non probata utilitate Ecclesie, idemque Canonici percipiant in absentia fructus Præbendarum suarum; Sed in aliis inferioribus Prelatis necessarium esse licentiam Capituli, vel aliter probationem necessitatis, vel utilitatis Ecclesie, cap. Ex parte tua, infra eod. Et sequitur Jo. Andr. num. 11. Et hoc modo conciliari possunt opinioniones, & lecturæ, de quibus supra in princ. licet Butr. & Abb. ambo num. 3. haud fideliter videantur retulisse verba Hostien.

Nam secundum eos Host. dicit Episcopum habere posse in suo servitio duos Canonicos, licet non præbet utilitatem Ecclesie; sed ultra duos habere non posse, nisi de Capituli consensu, & probata Ecclesie necessitate, vel utilitate. Sed verè Host. nihil expressit de Canonici ultra numerum duorum; sed de Prelatis inferioribus, inter quos, & Episcopum constituit illam differentiam utilitatis Ecclesie, ut ex illius verbis videre est. Præterea in secundo casu Hostien. non requirit consensum Capituli, & probationem prædictam copulativè, sicut refertur Butr. & Abb. sed alternativè; ait enim, in aliis autem Prelatis inferioribus requirenda est Capituli licentia, vel saltem probatio, &c. Et merito, quia sufficit licentia Episcopi, ut Canonici abesse possint ex causa necessitatis, vel utilitatis Ecclesie, c. Cum non deceat, de elect. in 6. & cap. un. de Cler. non resid. eod. lib. dictum tamen ipsum est in se verum, quia Episcopus non potest in suo servitio adhibere ultra duos Canonicos, ut probatur in dicto cap. *Ad audientiam, infra eod.*

eadem, ubi omnes notant. Et quamvis hæc Decretalis loquitur simpliciter de Canonici sine ulla numeri præfinitione; tamen declaratur, & restringi debet per d. cap. *Ad audientiam*, quod specialiter loquitur de duobus, idque Ecclesiarum usus approbavit.

Secundò nota in ver. *Nisi forte*, vidualia, seu distributiones quotidianas non debent absentibus, quantumcumque absint ex iusta causa, sicut non debentur Canonici in servitio Episcopi existentibus, ut hic patet, & not. Petr. de Anchar. in secundo no. abili. Etenim harum distributionum ex est natura, ut non debeantur his, qui sicut, & per juris interpretationem, sed his tantum, qui verè stans horis interfuerint, ut in cap. unico infra eod. libro 6. innovato à Concilio Tridentino in cap. 12. *vers. Distributiones verò, sess. 24.* & tradit Covarr. lib. 3. variet. resolu. cap. 13. num. 2. *vers. Nam harum distributionum.*

Antem, & in quibus casibus obtinentes beneficia in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis licet percipere possint in absentia fructus præbendæ, vel distributiones quotidianas, ser. pli latissime in cap. *Licit, infra tit. prox. a num. 15. usque ad num. 171.*

**Q**UÆRO, An duo Canonici, vel Beneficiati absentes pro servitio Episcopi percipere debeant integre distributiones quotidianas, in quibus universi Capituli reditus consistunt.

Contigit hic casus in Ecclesia Cathedrali Leodiensi, in qua non sunt præbendæ distinctæ, neque aliqui fructus, ut vocant, grossi, sed omnes redditus Mensæ Capitularis consistunt in distributionibus quotidianis, quæ dividuntur inter beneficiatos horis Canonici, & divinis officiis interefferentes, ac inter eos, qui pro interefferentibus habentur. Sed cum eisdem Ecclesiæ Episcopus duos ex his beneficiatis in suo servitio detineat, & eorum opera utat in causis visitationum, & aliis similiter iustis & honestis, ab eodem Episcopo quæritum est.

In hanc decreta. cap. 12. *sess. 24.* Concilii Tridentini idem duo beneficiati, ut præfertur, in servitio Episcopi ex absentibus percipere debeant sine diminutione hujusmodi distributiones.

Pro solutione præsentis dubij supponendum est duos Canonicos, qui absint pro servitio Episcopi, percipere fructus præbendarum suarum, juxta textum hic, & in d. cap. *Ad audientiam, infra eodem*, & utrobique notant Doctores. Rebuff. in *praxi benefici. c. de Vicar. Episc. num. 5.* & tit. de *dispens. de non residentia num. 37.* Sylvest. in *summa, in ver. residentia num. 7.* & Navarr. in *Man. cap. 25. num. 121.*

Ratio est, quia absentes ab Ecclesia pro servitio Episcopi ubi servitium vel necessarium, vel utile est Ecclesie, & recipit Episcopus, quatenus Episcopus est, juris censura præfentes reputantur, & censentur inservire Ecclesie, d. c. *Ad audientiam, ibi, cum absentes dicuntur debent, sed præfentes, qui tecum pro tuo, & ipsi in ecclesia servitio committantur.* Et servitium Episcopi quatenus Episcopus est, censetur quasi servitium Ecclesie, cui præfides, cum Ecclesia sit in Episcopo, cap. *Quæ debet, 7. q. 1. c. Similiter, & cap. 1. de non resid. in 2. q. 2.* & notat hic gloss. 1. Hostian. princ. & reliqui omnes. Et qui minus Innocentius oportere ut necessitas, & utilitas vel Episcopi, vel Ecclesie adit,

tamen intellexit de Episcopo, ut Episcopus est; tum quia allegat textum in d. cap. *Ad audientiam*, qui hæc habet sensum, ut mox patebit. Tum quia Innocentius subdistinguit eum non pertinere ad officium suum non possit eis præcipere, cap. *Quia frater, 7. quæst. 1.* & notatur in cap. *Ad antea supra de temp. ordinar. Itaque sicut absens pro utilitate, & servitio suæ Ecclesie percipit fructus beneficii, quia residere, & illi inservire censetur, cap. Ex parte tua, infra eod. cap. Cum non deceat, de elect. libro 6. Sic eadem censura juris absentes in servitio Episcopi dummodo servitium ad eundem, quatenus Episcopus est, & ad Ecclesie utilitatem ordinetur, omnes beneficii fructus percipere debent. Idque aperte elicitur ex textu in d. cap. *Ad audientiam, 3. q. 1. eod.* qui cum in principio egerit de absentibus pro servitio Episcopi, & postea in fine dicit eos in Episcopi, & Ecclesie servitio commorari, plane significans servitium Episcopi, nisi adeo cum Ecclesie servitio esse conjunctum, ut qui pro servitio Episcopi absint, in Ecclesie servitio commorari dicantur.*

Quæ omnia habent locum non solum in Canonici, verum etiam in quibusvis aliis eisdem Ecclesie beneficiatis, prout supponit Innoc. hic in princ. & ferè omnes in d. cap. *Ad audientiam, Sylvest. in ver. residentia, n. 7.* Rebuff. ubi supra, n. 36. & Navarr. d. 5. cap. 25. n. 121.

Qui sanè duo Canonici, vel Beneficiati non solum alio debent suo Episcopo inservire in his, quæ recipiant ipsius, & Ecclesie utilitatem, ut ex proximè relatis patet; verum etiam ad id invitati ab eodem possunt cogi, ut tenet gloss. in d. cap. *Ad audientiam, in ver. 1. duo, in fine, ibi, ultra duos non posse cogere, & ibi etiam Abb. num. 3.* post Innoc. in d. cap. *De cætero.* Quo fit ut causa absentia pro servitio Episcopi non solum sit iusta, & probabilis, verum etiam necessaria, propterea quod est iustificata, & approbata à jure, atque incidens necessitatem, quia potest quispiam illorum ad absentiam necessariò cogi, prout in causa militiae, legationis, & similibus resolvunt gloss. *in n. princ. Bart. & DD. in l. ult. ff. de in integr. restitut. Ji. l. num. 3. ibidem, & recentiores, in §. Rursus in §. de action. dnm distinguunt causas absentia, ut quædam sint probabiles, & necessaria simul; alia verò probabiles tantum, & non necessaria, veluti causa studii, ex qua etsi quis possit abesse, non tamen cogitur necessariò.*

Quibus ita suppositis, verius videtur in casu de quo agimus, duobus Canonici, seu beneficiatis Ecclesie in servitio Episcopi absentibus, quod spectat ad juris communis dispositionem dari debere sine diminutione hujusmodi distributiones, ex sequentibus.

Primò, quia in Ecclesiis, in quibus non sunt præbendæ distinctæ, neque etiam fructus grossi, sed omnes redditus consistunt in distributionibus, quæ singulis diebus & horis distribuuntur inter illos qui interfuerint, & nihil datur non interefferentibus tales distributiones succedunt in locum præbendarum, & fructuum, quos grossos communiter appellamus, ut expressè notat gloss. *penult. vers. Et ad hoc facti, & vers. Sed quid dicitur, in cap. un. infra eod. lib. 6.* quam ibi sequuntur Gemin. 3. quæst. verò num. 14. Franc. num. 8. & reliqui omnes. Sed in ecclesia prædicta nullæ sunt præbendæ, aut fructus grossi, sed totum in distributionibus consistit.

fit, que interessentibus distribuuntur, & nihil datur eis, qui non interfunt. Ergo tales distributiones jure debentur beneficiatis in Episcopi servitio commorantibus, cum ex juris dispositione illis debeantur fructus suarum prebendarum.

Secundo, pro hac sententia facit textus in cap. Olim, de verbis signis, juxta intellectum gloss. penult. & aliorum ibidem post Host. & Joan. Andr. quos referunt, & sequuntur gloss. pragmat. sanctionis, tit. Quo tempore quique debet esse in Choro, §. Iubeat, ver. Distributiones. Paris. conf. 32. num. 7. l. b. 4. Anton. de Burr. & alii complures hic, secundum quos in d. cap. Olim, manualia beneficia, hoc est distributiones quotidianas debentur ei, qui non intererat horis, & juris consuetudo residere fingebatur, quia videlicet in Ecclesia, de qua textus ille agit, non erant prebende distincte, aut aliqui fructus grossi, sed omnes redditus consistebant in illis manualibus beneficiis, seu quotidianis distributionibus, quae cum succedant in locum fructuum prebendarum, quos Canonici singuli habere debent, cap. Relatum de preben. ne detur Canonica sine prebenda, cap. Miletus, l. i. cod. tit. haec distributiones sapienter naturam fructuum prebendarum, in quorum locum subrogantur in his ecclesiis, quae alios fructus non habent, juxta regulam textus in cap. Eracta, ut sit, pendens. Unde nec in ecclesiis habentibus prebendas, & fructus grossos, tales fructus debentur his, qui in Episcopi servitio commorantur, ut ex initio relatis patet: sicut in aliis ecclesiis, ubi nec prebende, nec alii grossi fructus habentur, sed reditus omnes in distributionibus constant, illas absentes in Episcopi servitio habere debent.

Tertio, si adetur haec sententia ex hoc, quia certum est privilegia a jure communi indulta semper ita esse intelligenda, ut juxta concedentis intentionem operentur, ne alias sint frustratoriae, cap. In his, ver. Cum autem de privileg. cap. Si Papa, eod. tit. lib. 6. traduntur Ant. de Burr. conf. 19. n. 3. Cravette, conf. 137. Rebuff. in pract. tit. de differentia inter rescriptam, & privilegium, n. 10. Si autem in his ecclesiis, in quibus nulli sunt fructus grossi, & totum in distributionibus consistit, hujusmodi distributiones non debentur absentibus in servitio Episcopi, utique privilegium, de quo in hac Decretali pro his, qui in Episcopi servitio commorantur, nihil omnino operatur, sed elusorium esset, quod absurdum est, & contra juris intentionem, prout arguit, & concludit gloss. fin. communiter recepta, in cap. licet, infra de preben.

Quarto, iurget maxime pro hac parte quod juxta communes traditiones equiparantur in jure qui in scholis studiorum causa absumunt, & qui in Episcopi servitio existunt, ut hic per gloss. fin. & Doctores, & per Host. in summa hoc tit. §. Qualiter, Hoied. de benef. plur. in cap. 10. num. 8. sed studentibus debentur omnes prebendarum, seu beneficiorum fructus integri, exceptis distributionibus quotidianis, cap. In de Magister, cum simil. Ergo & absentibus in servitio Episcopi, ita ut aliquid eis non subtrahatur praeter quotidianas distributiones, ut hic patet in ver. neque quidem subtrahi debeat, &c. At jure constitutum est ut in ecclesiis, in quibus beneficiati non habent alias prebendas, aut massam grossam, & totum in distributionibus consistit, hujusmodi distributiones dentur absentibus in studio, ut constat ex his, quae notant gloss.

fin. in d. cap. Licet de preben. Host. in summa, tit. de Magister, num. 9. Oldrad. conf. 300. num. 10. gloss. pragmat. sand. tit. quo tempore quique debet esse in Choro, §. Iubeat, in ver. distributiones, Rebuff. de privileg. scholar. privileg. 3. 1. num. 12. & Cravette, conf. 125. num. 24. Ergo eo casu dari etiam debent absentibus pro servitio Episcopi. Quod in hac specie probat idem Hostiensis, ubi supra. & Abb. hic ver. Secundo queritur. Quibus addo a fortiori easdem distributiones dari debere absentibus in servitio Episcopi: nam causa studii quamvis sit iusta & probabilis, nihilominus non est necessaria; cum tamen haec interserviendi Episcopo non solum iusta & probabilis, sed etiam necessaria sit, ut ex supra notatis constat.

et confirmatur hoc ipsum ex nonnullis declarationibus S. Congregationis Concilii. Aliquod enim censuit legentem Theologiam quandiu legit, pro residente haberi ut recipiat omnes fructus, praeter distributiones quotidianas, supposito quod addit massa grossa, seu prebenda, &c. Sane verba illa supposito, &c. declarant ea, quae immediate praecedunt, sibi, praeter distributiones quotidianas, &c. et ita sensus est ut non debeat illas percipere si addit massa grossa, seu prebenda; Quod si non addit, ut quia totum consistit in distributionibus, eas percipere debeat. Ergo supposita praedicta equiparatione eorum, qui student, & qui Episcopo interserviunt, declaratio illa satis concludit utroque casu deberi quotidianas distributiones, ubi nulla addit massa grossa, seu prebenda. Id ipsum constat ex alia declaratione rugub. in hac verba (Si nulla sint prebende eo quod Canonici tantum distributiones habeant, idem statuendum est, quod de praebendis, cum in illarum locum succedant, &c.) Item ex alia Casalea, quae sic se habet. (Canonici et Parochiales habens ex praescripto Bullae Pii V. distributiones quotidianas lucratur, si Canonici consistat solum in distributionibus quotidianis non habens prebendam.)

Postremo, si Episcopus potest, ut supra notavimus, compellere beneficiarios ut ad ipsius servitium accedant, & ita absentia haec non solum probabilis, verum etiam necessaria inducit. Contra iustitiam videtur ut qui potest ad Episcopi servitium per censuras, vel aliter cogi, & parere tenetur, dum sic coactus & impeditus ab ecclesia recedere compellitur, amittat hujusmodi distributiones; Cum imputari non debeat ei, per quem non stat si non faciat quod per eum fuerat faciendum, ut in Regula sexti imputari, & in regula cum non stat. ut nemo debeat incurrere in poenam, aut detrimentum sentire pro eo, ex quo praemium & laudem promeretur, quia officium suum nemini debet esse damnosum, cap. 2. ubi gloss. de fidei iussor, & cap. cum non debeat, in prin. ubi gloss. 2. de elect. libro 6. Itaque ubi Canonici suo Episcopo obtemperans interserviendum, & propterea absentis non debet esse imputari quod horis & divinis officio non interit: si super sic obtemperans in re licita, & necessaria, praemium & non pendendum sentire debet. Sed imputaretur sibi, si pendendum sentiret, & officium suum ei damnosum esset: si quando sic invitatus & obediens degit in servitio Episcopi, amitteret quotidianas distributiones. Ergo, &c. Porro is per quem non stat, quo minus in suo beneficio residet, nullum ob non residentiam

etiam detrimentum sentire debet. Ac propterea resolvunt Doctores Canonici expulsum per vim, cui resistere non potest, veluti per potentiam alicujus coactus ab Ecclesia recedere, distributiones quotidianas percipere debere. Calder. conf. 17. notatur in d. cap. infra eod. lib. 6. Et restatur communem esse opinionem, Paris. conf. 32. num. 19. lib. 4. Covarr. lib. 3. variat. resolut. cap. 13. num. 8. ver. Decimo, idemque in eo qui abest, & non interservi propter excommunicationem, vel carcerem absque sua culpa, tradit Felin. in cap. apostolica, num. 12. de except. Paris. & alii, ut per Gutierrez in Quaestionibus Canonicis, cap. 1. num. 137. declarantes hoc procedere in eo, qui ante excommunicationem vel carcerem solitus erat divinis interire. Ergo, saltem in casu, ubi nulli sunt fructus, idem dicendum in eo, qui absque sua culpa, vel fraude aliqua cogitur invitatus commorari in servitio Episcopi.

Quibus non obstat haec Decretalis, ubi est expressum, absentibus in servitio Episcopi dari non debere victualia, ubi gloss. & Doctores interpretantur victualia esse distributiones quotidianas, quia sic appellantur multis in locis, eo quod in victum quotidianum praesententur, ut videre est in d. c. un. ubi, quotidiana distributiones, quae aliam manualia beneficia, seu victualia nuncupantur, & in c. Olim, de verbis signis, &c. Unde hinc multi deducunt hujusmodi quotidianas distributiones nunquam deberi absentibus pro servitio Episcopi: nam respondetur textum nostrum, ac jura omnia, quae in contrarium facere videntur, procedere in distributionibus quotidianis, quae distinguuntur a fructibus grossis, & a prebenda, hoc est in illis, quae ultra fructus grossos aut prebendas distribuuntur inter eos, qui horis Canonici intersunt; quia haec sunt vera & propriae distributiones, de quibus agitur textus & DD. in contrarium citati, dum dicunt distributiones quotidianas non dari his, qui Episcopo interserviunt, docent aut statuat in Scholis, prout constat ex supra relatis, & explicant gloss. in Extravagan. in ver. in totum, Ne sede vacante, inter Canonicos, gloss. penult. & DD. in eod. cap. un. de Cler. non resident. in 6. gloss. & alii in cap. licet, de preben. gloss. pragmat. sand. tit. Quo tempore quique debet esse in Choro, §. Iubeat, in ver. Distributiones. Rebuff. in concordi. tit. de collat. §. Primam, ver. sic. Distributionem, Paris. conf. 32. num. 5. & conf. 33. num. 2. lib. 4. Covarr. lib. 3. variat. resolut. cap. 13. in prin. quae procedere non possunt in aliis distributionibus, quae distribuuntur in Ecclesiis, ubi nulli sunt fructus grossi, aut prebende, & omnes redditus in distributionibus consistunt. Nam cum succedant in locum prebendarum, & massae grossae, non incongrue fructus dici possunt. Quapropter de jure communi sine diminutione dari debent absentibus in Episcopi servitio, cum illis alias dari debeant fructus suarum prebendarum. Quod verum esse constat etiam ex hac Decretali, ex d. d. cap. licet, & cap. cum non debeat, de elect. in 6. dum disponunt absentem in Episcopi servitio, vel in Scholis, aut pro Ecclesiae utilitate debere omnes fructus, praeter distributiones quotidianas.

Ceterum quae superius dicta sunt, procedunt quidem in specie juris communitis dispositione, secundum quam absentes ex legitima causa percipere debent integras distributiones, in quibus u-

niversi Capituli redditus consistunt. At post Concilium Tridentinum ita sunt temperanda, ut sic absentes percipiant duas tertias illarum partes duntaxat, amissa alia tertia, quae interserviendis accrescit.

Differentiae ratio ea est, quia de jure communi ne privilegium sit elusorium, & ne detur Canonica sine Prebenda, ut considerant gloss. & DD. in d. c. un. distributiones omnes eo casu succedunt loco fructuum; ideoque absentes pro servitio Episcopi illas percipere debent absque diminutione, quemadmodum sine diminutione fructus prebende perciperent, si a distributionibus essent distincti, ut habetur in d. c. ad audientiam, infra eod. ponderando verbum, integrè. Sed aliud dicendum est post Concilium, quia decreto cap. 3. sess. 21. statuitur, ut ubi nullae sunt distributiones, vel ita tenues, ut verum iliter negligantur, ab Episcopo separaretur tertia pars fructuum prebendarum, & in distributiones quotidianas convertatur, quae inter Dignitates obrinentes, & ceteros divinis interessentes proportionabiliter dividantur, ex mente igitur S. Synodi est, ut in illis casibus, in quibus distributiones succedunt loco fructuum, tertia illarum pars retineatur prima, in naturam distributionum, in quas etiam veri fructus ex praescripto Concilii debuisse converti: absque enim esset, ut magis operaretur fictio in casu facto, quam veritas in casu vero, cum fictio non sit tantae potentiae, quantum est veritas, & naturalis actus, ut inquit Bald. in l. 4. C. de electionum, & conf. 337. in prin. videndum n. 2. ver. item nec debet, lib. 1. & Paul. de Caste, conf. 2. 1. Primam dubium in fine lib. 1. Sed in casu vero absentem ex justa causa, si veri fructus extarent, deberent amittere tertiam illorum partem ob conversionem ab Episcopo faciendam in distributiones quotidianas. Ergo illam amittere debent etiam in casu facto, id est, cum distributiones pro fictionem seu juris interpretationem in locum fructuum subrogantur. Praeterquam quod ex contrario sequeretur, ut plus perciperent absentes in illis ecclesiis, in quibus redditus omnes consistunt in distributionibus, quam in illis, in quibus extarent fructus a distributionibus distincti, quia hoc fecerit do casu absentes pro servitio Episcopi perciperent solummodo fructus, amissa distributionibus, cum tamen in primo nihil prorsus amitterent, et sic distributiones quotidianas inductae ad divini cultus augmentum, operarentur illius diminutionem contra juris regulas, & contra rationem expressam in d. cap. 3. sess. 21. ibi, ne qua in parte minuat divinus cultus, sed et debitum omnium in rebus obsequium praeseretur.

Quibus accedit, quod facilius primaeva natura retineatur, quam nova inducatur, arg. l. per retentionem, C. de iussu, & l. 2. lib. Bald. in 3. nota. C. de fidei comm. et naturalis causa praesertim ad aliam, Abb. conf. 70. Videtur, num. 2. ver. Praeterea lib. 1.

Sed fructus prebendarum ex praescripto Concilii debent eorum naturam immutare pro tertia parte, & novam accidentalem distributionem inducere, ergo longe magis eandem naturam retinere debent pro tertia parte redditus illi, qui jam a principio sunt verae distributiones quotidianae.

Postremo saepius respondit S. Congreg. Concilii, absentes studiorum causa percipere debere fructus prebendarum tantum, amissis distributionibus quotidianis.

Quod

31 portionabiliter dividantur, ex mente igitur S. Synodi est, ut in illis casibus, in quibus distributiones succedunt loco fructuum, tertia illarum pars retineatur prima, in naturam distributionum, in quas etiam veri fructus ex praescripto Concilii debuisse converti: absque enim esset, ut magis operaretur fictio in casu facto, quam veritas in casu vero, cum fictio non sit tantae potentiae, quantum est veritas, & naturalis actus, ut inquit Bald. in l. 4. C. de electionum, & conf. 337. in prin. videndum n. 2. ver. item nec debet, lib. 1. & Paul. de Caste, conf. 2. 1. Primam dubium in fine lib. 1. Sed in casu vero absentem ex justa causa, si veri fructus extarent, deberent amittere tertiam illorum partem ob conversionem ab Episcopo faciendam in distributiones quotidianas. Ergo illam amittere debent etiam in casu facto, id est, cum distributiones pro fictionem seu juris interpretationem in locum fructuum subrogantur. Praeterquam quod ex contrario sequeretur, ut plus perciperent absentes in illis ecclesiis, in quibus redditus omnes consistunt in distributionibus, quam in illis, in quibus extarent fructus a distributionibus distincti, quia hoc fecerit do casu absentes pro servitio Episcopi perciperent solummodo fructus, amissa distributionibus, cum tamen in primo nihil prorsus amitterent, et sic distributiones quotidianas inductae ad divini cultus augmentum, operarentur illius diminutionem contra juris regulas, & contra rationem expressam in d. cap. 3. sess. 21. ibi, ne qua in parte minuat divinus cultus, sed et debitum omnium in rebus obsequium praeseretur.

32 Quibus accedit, quod facilius primaeva natura retineatur, quam nova inducatur, arg. l. per retentionem, C. de iussu, & l. 2. lib. Bald. in 3. nota. C. de fidei comm. et naturalis causa praesertim ad aliam, Abb. conf. 70. Videtur, num. 2. ver. Praeterea lib. 1.

33 Sed fructus prebendarum ex praescripto Concilii debent eorum naturam immutare pro tertia parte, & novam accidentalem distributionem inducere, ergo longe magis eandem naturam retinere debent pro tertia parte redditus illi, qui jam a principio sunt verae distributiones quotidianae.

34 Postremo saepius respondit S. Congreg. Concilii, absentes studiorum causa percipere debere fructus prebendarum tantum, amissis distributionibus quotidianis.

Quod si univ[er]si Capituli reditus hujusmodi distributionibus consent. lucrari debere duas tertias illarum partes, amilla alia tertia, quæ interuentibus acciescit. Ergo idem dicendum in Canonibus absentibus pro seruitio Episcopi propter æquiperationem, de qua supra n. 21. arg. cap. Inter corporalia, de translat. Episc. cum similib.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS.

Cap. Ex parte.

S P M M A R I V M.

- 1 Prælati, vel Clerici non residens, qui citatus non reuertitur, privandus est, nisi habeat iustum impedimentum.
- 2 Prælati absens etiam per decennium ex hoc solo non censetur habere Ecclesiam pro derelicta.
- 3 Redisse non dicitur, qui statim recedit.
- 4 Prælati qui ad Ecclesiam reuertitur, & statim recedit, amplius non est monendus.
- 5 Prælati absentes, cui certus terminus fuit præfixus ad redendum, lapsu termino privati potest sine alia monitione.
- 6 Dummodo in concessione licentia fuerit monitus redire in termino.
- 7 Privatio revocatur postquam Prælati absens docuerit de legitimo impedimento.
- 8 Episcopus, qui tantum præfisse desiderat, & non prodesset, non est dicendus Episcopus.
- 9 Prælati curam animarum habentes tenentur in sua Ecclesia personaliter residere.
- 10 Residentiam Pastorum an Concilio Tridentinum definitur esse de iure divino, usque ad annum 20. & num. 28.
- 11 Episcopi tam presentes, quam absentes an possint pastoralia munia alii delegare, & num. 28. & 67. vers. Demum non obstat.
- 12 Assistere an importet personalem presentiam, & num. 31.
- 13 Papa habet curam, vigilantiam, & sollicitudinem omnium Ecclesiarum, & populi Christiani in univ[er]so orbe.
- 14 Deserere quid sit, & num. 31.
- 15 Residentia debet esse laboriosa, & non otiosa.
- 16 Episcopus non habere, vel habere inutilem, paria sunt.
- 17 Episcopus quamvis possit aliquando gregem deserere corporaliter, nunquam tamen potest illum deserere spiritaliter.
- 18 In divinum nulla potest de consuetudine aboleri.
- 19 Hæreticus est qui negat aliquem ex articulis ab Ecclesia diffinitis.
- 20 Episcopi, & alij inferiores, quibus cura animarum incumbit, an tenentur iure divino in sua Episcopatu vel Ecclesia personaliter residere, & num. seq. usq. ad n. 75.
- 21 Anirrogatus Catharinus sorte omnium primus asseruit Pastorum residentiam esse de iure positivè humanam.
- 22 Consuetudo inferendi per Vicarium in beneficio curato, & fructus in absentia percipiendi, valida est secundum aliquos. Contrarium, n. 27.
- 23 Dispensatio ad duo curata est de iure positivo, & i-

- concedi potest per Papam, etiam sine alia causa. Contrarium num. 56. & seq. Declaratur, num. 61.
- 24 Papa potest bona Ecclesie curate in feudum concedere & statuere, ut cura per Cappellanum à feudatario deputandum exercetur, & n. 65.
- 25 Residentiam in Episcopatu & beneficio curato esse de iure divino, qui auctores senserunt.
- 26 Residentia præceptum quo sensu dicatur esse de iure divino.
- 27 Consuetudo etiam immemorabilis percipiendi fructus beneficii curati in absentia, & ique per Vicarium inferendi, est corruptela.
- 28 Residentia præceptum in Episcopatu, & beneficio curato esse de iure divino, multipliciter ostenditur.
- 29 Episcopi tenentur præcepto divino oves suas verbi Dei prædicatione, Sacramentorum administratione, & honorum operum exemplo pascere.
- 30 Medium sine quo finis esse non potest, cadit sub obligatione finis.
- 31 Absentes dicuntur Ecclesiam deserere.
- 32 Episcopi præcepto divino tenentur ad curam animarum propter illarum salutem, qui est finis obligationis Episcopalis.
- 33 Episcopatus dignitas instituta est à Domino propter officium.
- 34 Media, quibus Episcopum uti oportet ad curam animarum, quæ sunt.
- 35 Episcopi & Parochi iure divino per se ipsos, ac si legitime impediti fuerint, per alios prædicare tenentur, & n. seqq. Episcopum oportet esse Doctorem, ibidem.
- 36 Pastor dicitur occidere quos tacendo noluit increpare.
- 37 Prædicatio est munus præcipuum ipsius Episcopi.
- 38 Pastori officium præcepto Evangelico incumbit ipsi, Episcopo, nec potest alteri demandari, & n. seq. usq. ad n. 54.
- 39 Visitatio Prælati curam animarum habentis est de iure divina.
- 40 Officium pascendi pro bonorum operum exemplum personalissimum est, nec potest impleri per ministros, & n. seqq.
- 41 Episcopi dicuntur lux mundi.
- 42 Exemplum vite ætæ velati quoddam perpetuum prædicandi genus.
- 43 Episcopi debent in seipsis ostendere qualiter alios in domo Dei oportet conversari.
- 44 Episcopus pauper ut extra suam diocesim alteri Episcopo inserviat, abusus est detestabilis.
- 45 Agri sui sitientibus, alieni non sunt irrigandi.
- 46 Altare unum non debet disceptari, ut aliud cooperiatur.
- 47 Episcopi titulares in Ecclesia sunt per accidens.
- 48 Episcopi titulares sine rationabili causa creare abusionis est.
- 49 Episcopus in diocesi aliena non est Pastor, sed mercenarius.
- 50 Debitor in officio & muneribus personalibus non liberatur si per alium facit.
- 51 Sacerdos officium, vel Missam celebrans per alium satisfacit his, pro quibus tenetur offerre, sed non sue obligationi.
- 52 Substitutus non admittitur abicimus, electa est industria persona.
- 53 Episcopus qualis sit eligendus.
- 54 Episcopi potestatem jurisdictionis accipiunt immediate

- diare à Papa, sed potestatem Ord. immutari à Deo.
- 55 Pascendi officium incumbit Episcopo ex divina institutione, igna ab Ecclesia immutari non potest.
- 56 Papa quomodo dispensare possit super residentia in Episcopatu, & beneficio curato, & n. seqq.
- 57 Dispensatio dupliciter accipitur.
- 58 Papa dispensare potest super evangelio illud interpretando.
- 59 Dispensatio ad plura beneficia curata quam causam requirit, & n. seqq.
- 60 Dispensatio ad ius naturale non pertinet, sed ad positivum.
- 61 Dispensare non licet de saltu Papa.
- 62 Dispensatio non habens respectum ad bonum commune, irrationabilis est.
- 63 Acceptio personarum non debet esse apud Papam.
- 64 Bona Ecclesiastica sunt Dei.
- 65 Dispensatio in iura carnalitate, & afflictionis non dicitur dispensatio, sed dispensatio.
- 66 Dignitatem obtinent, cui sit annexum beneficium curatum, residere debet in dignitate, & consistere Vicarium perpetuum in Parochia.
- 67 Vicarium perpetuum dicitur curatus, & Pastor animarum.
- 68 Residentia præceptum in Episcopatu, & Curatu per se obligat non tantum semper, sed etiam ad semper.
- 69 Præcepta affirmativa in quo differant à negativa.
- 70 Residentia præceptum licet affirmativum, includit in se præceptum negativum.
- 71 Episcopales actus sunt in triplici differentia.
- 72 Pastorem ita oportet esse apostolum mungis Episcopatum, ut actum pascendi, serò nunquam intermitat.
- 73 Pascendi actus est primus palus actus Episcopi.
- 74 Episcopus quando per accidens ad personalem residentiam non tenetur.
- 75 Episcopus quibus ex causis excusetur a personali residentia.
- 76 Impedimentum duplex.
- 77 Episcopus an possit ab Ecclesia abesse ex causa infirmitatis.
- 78 Persecutionum dua sunt species, & qua præbeat Episcopus iustam causam recedendi ab Ecclesia.
- 79 Negotium excusans Episcopum a residentia tripliciter consideratur.
- 80 Episcopus an possit abesse à diocesi pro tuenda iuribus Ecclesia sua, & n. 88.
- 81 Et quid pro necessitate spiritali alteri Episcopi.
- 82 Episcopatus licet non legatur ad pacem inter Principes Christianos.
- 83 Secus ad negotia temporalia.
- 84 Episcopus an & quando licet abesse possit à diocesi pro negotio univ[er]sali Ecclesia, vel pro seruitio Papæ, & n. seqq.
- 85 Episcopus an esse possit Officialis in Romana Curia.
- 86 Conditio persona an & quando excuset Episcopum a residentia.
- 87 Persecutionis tempore antiochæ Prælati fugere, & plebem derelinquere.
- 88 Prælati ut abesse possit à sua Ecclesia non sufficit legitima causa, sed requiritur etiam licentia.

EX PARTE, il primo Privandus est Prælati, vel Clericus non residens, qui citatus non reuertitur intra congruum terminum sibi assignatum nisi habeat iustum impedimentum. Hoc dicit cum duobus capp. seqq. Comen. nis diviso Secunda, ibi. Quia dicitur. Et tenendum Ho-

- 89 Privandus est Prælati, vel Clericus non residens, qui citatus non reuertitur intra congruum terminum sibi assignatum nisi habeat iustum impedimentum. Hoc dicit cum duobus capp. seqq. Comen. nis diviso Secunda, ibi. Quia dicitur. Et tenendum Ho-
- 90 Nota primò Prælatum a sua Ecclesia absente etiam per decennium ex hoc solo non videri Ecclesiam habere pro derelicta, nec esse ipso iure privatum, imò nec privandum, nisi prius fuerit monitus, & intra tempus sibi præfixum non reuertitur, ut hic patet, & notant Petr. de Anchar. nu. 1. in 2. not. ab. Anton. de Butr. Abb. & Alexand. de Navo, cap. Omnes, num. 2. Adverte tamen quia non sufficit reuertitur, nisi etiam permaneat: nam si rediret, & statim recederet, non videretur rediisse, cap. Relatum supra eod. l. Anus, ff. de verb. obligat. & l. Dispositum, ff. de divort. qua est canonizata in cap. Dispositum, de penit. dist. 1. Ideoque qui reuertitur, & statim recedit, amplius non est monendus, cap. Clericus, cap. Sicut, & cap. Si autem, de cohabit. Clericis, & mulier. secundum Petr. de Anchar. hic num. 3. in 4. not. ab. & Alex. de Navo, num. 8. post Hof. & Jo. And.
- 91 Adde alium casum, in quo monitus non requiritur, videlicet cum Prælati volens se abdicare certus terminus sibi præfixus ad redendum tunc enim statim elapso termino privari potest, ut hic dies pro homine interpellat. l. Magnam, de contrahen. stipulat. & c. Potuit, de locato, secundum Goff. hic. Quod tamè intelligit Jo. And. si in concessione licentia fuit monitus redire in termino, ut notat similiter idem Jo. And. in c. Quoniam, n. 14. supra. Et licet non tantum, & acquiritur hic Petr. de Anchar. num. 3. vers. Querit, Joan. Andr. & Cardin. numer. 5. vers. Quod dic verum, & vers. Quod præcedit.
- 92 Hoc tamen casu, licet & cum alias est monitus in absentia, si doceat de legitimo impedimento revocabitur privatio e. Presentium, 7. q. 1. secundum Anchar. hic in fine. Unde etiam post lapsum terminum prudenter facit superior, si aliquantisper absente expectet, ut per Innocent. in cap. Extrinsecus, num. 2. vers. Item, & post hoc infra in re. Sed hodie quomodo sit procedendum contra Prælatos absentes ex decretis Concilii Tridentini, & ex Constitutione S. D. N. Urbani VIII. dicam in cap. proximo infra ead.
- 93 Secunda nota, Prælatum debere esse talem, qui possit præse pariter, & prodesset, debet enim præse re de iudicando, cap. Inductus, 3. quæst. 7. prodesset vero prædicando, & re de admittendo secundum Cardin. hic num. 2. & Alexan. de Navo num. 3. concordat text. in cap. Licet, infra de Regular. adeo ut Episcopus, qui præse desiderat, & non prodesset, non sit dicendus Episcopus, c. Qui Episcopatum, 8. q. 1.
- 94 Ultimo nota, Prælatum teneri in sua Ecclesia personaliter residere, concordat, c. Pervenit, cum multis seqq. q. 1. cap. Quia nonnulli, & cap. Relatum, supra ead. cap. Extrinsecus, 5. Quæst. 7. infra de preben. & hodie est expressum tam de Episcopis, quam de inferioribus Curatis in Concilio Tridentino, cap. 1. sess. 23.
- 95 Circa hoc decretum habitari solet à plerisque an Concilium ibi declaraverit Pastorum residentiam esse de iure divino. Navar. in Manuali cap. 2. §. num. 1. 21. vers. Hæc quo dicitur notandum, relatis verbis Concilii, ex illis notat non solum Episcopos, sed etiam Parochos iure divino teneri ad residentiam in suis Parochiis, & ad prædicandum populo, quæ alibi non videntur ita expressa. Idemque ex eo decreto colligit Alphonsus Hoieda in tract. de be-

res incompatib. part. 1. cap. 1. num. 4. & Valsg. in opus. moral. in tract. de benef. cap. 4. §. 2. dub. 1. numer. 121. & videtur sensibile S. Congregatio Concilii iudicari in cap. bono. in 2. num. 27. supra de popul. Prelat. Sed alii existunt ex verbis huius decreti nequaquam colligi sanctam Synodum voluisse hoc adimplere, ad quod expendunt singula ibi enumerata Pastoris officia: nam est negandum non sit quin omnia huiusmodi sint propria Pastorum ex iure Divino; tamen in eorum sequitur, ut ad ea adimplenda necessitas requiratur de iure divino Pastoris presentia. Si enim ita requireretur, eadem officia nullo modo essent delegabilia: cum tamen passim munus praedicationis, Sacramentorum administratio, praeterea cura pauperum & munia Pontificalia ad Episcopos tam praesentibus, quam abscentibus iure, reflecteque alteri delegentur, ut in cap. inter cetera in fin. supra de off. O. dicitur, cum multis similibus. Quia etiam, ut ipsi ajunt, ne que ad oves agnoscendas, neque ad pascendas bonorum exemplum, neque ad ostendendum pro illis Sacrificium necessaria videntur presentia Episcopi, cum etiam absens possit per litteras, & per alium oves cognoscere, & bona opera facere, & sacrificia offerre. Et confirmatur ponderanda verba illa, quae statim subiunguntur a Concilio, videlicet: (Quae omnia ab his nequaquam praestari, & impleri possunt, qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenarium more deserunt) non enim dicitur praedicta munia non impleri ab his, qui absunt, sed ab his, qui non invigilant, neque assistunt. Requiritur ergo in Episcopis vigilancia, ut excubent animo, quantum vis abint corpore; eam dico vigilantiam, quam se habuisse Apostolus testatur, dicens, 2. ad Cor. 8. In festina mea quotidiana sollicitudo omnium in eorum: ipse enim quantumvis de omnibus Ecclesiis esset sollicitus, non tamen omnibus Ecclesiis praesens esse poterat. Nec respiciunt verbum illud, assistunt, quia positum videtur pro synonymo cum verbis, invigilant super oves expositi, & congrue referri potest ad omnium ad solertiam, curam, & diligentiam. Sic Romani Principes ex forma juramenti, quod praestant Ecclesiae Romanae, tenentur illa comitari, & anxius assilare opportunis, ut legitur in Clem. 1. in c. sol. in. de iur. jur. & tamen hoc sine corporali praesentia praestare possunt. Sed etiam dicimus Summum Pontificem esse tunc, seu universali Ecclesiae Episcopum, cap. Suffrag. in sa. praescriptione 3. quod. 1. quaeque regimini praesidere. Extravag. ex debito de elect. & habere curam, vigilantiam, & sollicitudinem Ecclesiarum, & populi Christiani in universo orbe, cap. Cum in sa. stantia de cens. Clem. Pastoratus de re iudic. nec tamen corpore singulis Ecclesiis assistit, sed animo & vigilantia illarum curam, & tutelam gerit, cap. 1. de humilit. Eccles. & Extravag. Vigentium, de pauper. & remiss. Hic autem interpretationi videtur suffragari illud verbum deserunt, quod contra ponitur duobus illis verbis invigilant, & assistunt, & significant negligentiam & desertionem curae. Ad hoc l. Quinquagesima de Agricol. & cens. lib. 1. ubi glo. l. exp. int. verbum, deserunt id est negligunt. Quod sane fieri potest, etiam Episcopo residente, arg. cap. Romanonulli, & cap. Compuncte, supra eadem. Unde Concilium Aquileiense 1. in tit. de residentia Episcoporum, tom. 3. Conciliarum pag. 698. col. 2. (Quod vero, inquit, de Episcoporum

residentia Sacro Trident. Concilio, & Summorum Pontificum Constitutionibus cautum sit, hoc non est intelligendum, ut praesentia assistentibus, nihil praeterea agant, cum ex sacris Canonibus residentia sit accipienda in eum sensum, ut sit laboriosa, non otiosa.) Hic ibi participantur enim Episcopum habere inutilem, & non habere, cap. 1. de prescrip. Quam multi autem Episcopi sunt, qui licet residentes, tamen more mercenariorum pecus deserunt, & abiciunt curam quam si longissime abessent, de quibus Augustinus in d. cap. Qui Episcopatum, 8. quod. 1. & Gury solomus in cap. Multa, 40. dist. Hin. Cajetanus in 2. 2. quod. 1. §. art. 5. vers. iterum. Quomvis inquit, liceat Episcopo in casu deserere gregem suum, non tamen licet ei unquam deserere eum spiritualiter. Praeterea ex modo loquendi, quo uti consuevit Concilium, facile colligitur verbum deserunt, importare curae negligentiam & contemptum, non autem corporalem absentiam; quippe cum in eodem cap. 1. in fine ubi agitur de absentia personarum, loquatur Concilium per verbum, abesse, nunquam autem per verbum deserere. Quod ipsum licet observare in cap. 1. §. 6. Postremo praecipit S. Synodus in d. cap. 1. §. 23. tam decretum illud fuit Paulo III. quam hoc ipsum de residentia in Conciliis Provincialibus, & Episcopalibus publicari, reddique rationem, ut nulla de libertate abolerentur. At quae sunt ex praetere divino, nulla unquam possunt deservitute aboleri, cap. 1. in c. de testam. & est communis omnium resolutio in cap. Quanto de consuetud. teste Covarr. var. res. lib. 3. cap. 13. num. 9. Rationem reddidit sanctus Thomas in 1. 2. quod. 83. art. 3. ad primum, quia lex divina procedit a voluntate divina; unde non potest mutari per consuetudinem procedentem a voluntate hominis, sed solum per auctoritatem divinam mutari potest; & inde est, ut nulla consuetudo vim legis obtinere possit contra legem divinam. Quid dicendum? ego exillimo Concilium nullius formaliter hanc articulum diffinisse: nam si voluisset, discretis verbis expressisset, ut moris est Patrum in definitionibus huiusmodi; idcirco decreta de Pastorum residentia non possunt inter Canones ad dogmata pertinentes, sed inter alia decreta de reformatione. Quomodo in d. cap. 1. §. 23. quomvis declaraverint Episcopos obligari ad personalem in sua ecclesia, vel in ecclesia residentiam; tamen hanc declarationem non posuerunt in prima parte Decreti, in qua egerunt de praetere divino, neque illam deduxerunt immediate ex principis divini juris, sed eam posuerunt secundum, & ad alium finem, videlicet ne statuta sub Paulo III. de residentia, in sensus sancte Synodi mente alienostraherentur, ut in §. Ne vero. Demum ecclesia neminem hactenus condemnavit ex eo, quod docuerit vel affirmaverit etiam cum pertinacia residentiam praetere esse tantum de iure positivo ecclesiastico; & tamen secus esset si quomodocumque articulus esset ab ecclesia diffinitus; cap. 1. §. 1. dist. cap. Cum Christus, infra de haer. & docet S. Thomas in 2. 2. quod. 5. art. 3. Ceterum si singula utriusque Decreti verba accuratè expendantur, non obturè apparebit S. Synodum utrobique voluisse virtualiter insinuarè obligationem Pastorum ad personalem residentiam

deducit ex praetere Evangelico. Huc enim spectant verba toties inculcata tam in c. 1. §. 6. ibi attendentes sibi, & universo gregi, &c. & ibi: ovium suarum quarum sanguis de eorum est manibus a supremo iudice requirendus. Necnon ibi: propria etiam salutem immemores, terrenaeque celestibus ac divinis humanae praesentibus in diversis curis vagantur, ovis derelictos & in d. cap. 1. §. 23. ibi, cum praetere divino mandatum sit, &c. & ibi: divinarum praetere memoros. Item ibi: cum corda Deo pateant, cuius opus non fraudulenter agere sine periculo tenentur. Item ibi: & mortalitate peccati reatum, quem incurrit. Non enim moris est S. Synodi de mortali culpa mentionem facere, nisi ubi agitur de transgressione legis divinae, ut in decreto de iustificatione §. 6. cap. 15. Ac demum ibi, Consuetudine etiam immemorabilis, quae potest corruptela dicenda est. Et haec quantum pertinet ad explicationem mentis Concilii supradictis verbis involvunt. Nunc QUaERO absolute an Episcopi, & alii inferiores, quibus cura animarum incumbit, teneantur iure divino in suis Episcopatibus, vel Ecclesiis personaliter residere. Hac de re nulla fuit controversia apud antiquos, ut Cajetanus adnotavit in 2. 2. quod. 1. §. art. 5. quia nullus contradicebat, quin Pastores animarum tenerentur praetere divino ad personaliter residendum. Unde hanc questionem temporum iniquitas celebrem fecit, ut inquit Soto de just. & iur. lib. 10. quod. 3. art. 1. & fuit diu, multumque agitata in Concilio Tridentino inter Theologos, & Canonistas, ut patet ex Actis Concilii, quae in Arce S. Angeli asservantur. Et quidem Anbrofius Catharinus Archiepiscopus Comofae in opusculo de residentia, seu in Apologia quadam contra Dominicum Sotum, & Bartholomaeum Mirandum, forte omnium primus ante Concilii publicationem asseruit residentiam in Episcopatibus, & beneficiis huiusmodi esse tantum de iure positivo humano. Sed eius rationes infirmae sunt, easque dissolvit Gabriel Valsg. in opusculo moral. in tract. de benef. cap. 4. §. 2. dub. 1. & de scriptis ejusdem Catharini, & quanta cum cautela sint legenda, vide quae Cardinal. Bellarm. adnotavit in opusculo de scriptor. Eccles. huius. Eadem sententia adhaeret ante Concilium Albinianum in tract. de residentia, & ex Canonistis videtur hoc sensisse Jo. de Molia, prout a quibusdam citatur in cap. ult. de refer. lib. 6. ubi tenet valere consuetudinem interveniendi per Vicarium in beneficio curato, & fructus in absentia percipiendi. Quam opinionem nec falsam, nec proflus veram esse audeo asserere. Dec in cap. Cum omnes, in 2. §. 1. num. 4. de Constit. eamque expressè conatur defendere ibi Andreas ab Exea, numer. 18. ut refert Covarr. var. res. lib. 3. cap. 13. num. 9. hoc enim necessarium supponit residentiam in beneficiis Curatis non esse de iure divino, adversus quod nullam vim habet consuetudo, ut resolvunt omnes in cap. Quomodo supra de consuetud. & notat Covarr. loco citato. Quomodo pro hac sententia adduci potest auctoritas Innocenti in cap. Cum ad Monasterium, numer. 3. infra de statu Monachorum. ait enim: (Nota quod quidam dicunt, & forte non male, quod licet in his, quae sunt contra Evangelium, non profici dispensatio, nisi ex causa fiat; non tamen hoc est verum in his dispensationibus, quae sunt contra jus positivum tantum, licet appareat

in statutis, quae facta sunt de Ordinibus conferendis intra certa interiticia temporum, ut 87. dist. per totam; Et quod quis non possit habere duas curas, ut notat supra de proben. cap. De multis, & de elect. cap. Dudum. In his enim dispensationibus sufficit sola voluntas conferentis etiam sine causa, quod probat: nam si sola voluntaria constitutio erat causa quare aliquid prohibebatur; & sola voluntas erit causa quare prohibitio relaxetur, quia epus est destrueret jus, qui illud condidit, nec tenetur Princeps sua lege ligatus, ut C. de legib. l. Digna vox.) Hic Innocentius, qui ut vides non obscure sentit obligationem residentium in beneficiis curatis esse de iure positivo. Nam si secundum eum prohibitio habendi duas curas est ex voluntaria constitutione Ecclesiae; & ideo Papa potest in ea dispensare pro libito voluntatis, etiam nulla causa subsistente; consequens est, ut obligatio residendi in utraque sit ex constitutione Ecclesiae; non autem de iure divino, quia sic dispensatus necessario eximitur a residentia in alterutra ipsarum, cum impossibile sit in utraque personaliter residere; & Innocentius totidem in verbis hic refertur, & sequitur Hist. tom. 3. vers. Dicitur etiam quidam, & forte non male, Joan. Andr. sub numer. 29. vers. Refert etiam Innocentius, Bur. eod. numer. 29. vers. Nam quid auctoritas, & alii plures. Quia etiam eidem sententiae videtur potest aliquo modo adhaerere sacra Congregatio Concilii. Nam cum Papa Johannes omnia bona Ecclesiarum Breven. curata in feudum concessisset Christophoro Valera, & ejus successoribus cum onere eidem deserendi per Cappellanum ad eis deputandum, & omnia necessaria suppeditandis; Et Comes Vacaenus dicti Christophori successit Nobilitis, & egens petiit declarari, An iure ea bona teneret; Sacra Congregatio censuit hunc Comitem posse se tueri ex auctoritate Pontificis, qui fecit hoc, & facere potuit, nec Concilium revocavit. Sed contrariam sententiam, id est, personalem residentiam in Episcopatibus, & beneficiis Curatis esse de iure divino, sequitur ferè universa Theologorum Schola, eamque in primis tenentur Cajet. in 2. 2. dist. quod. 185. art. 5. Franciscus Torrensis Hispanus unus ex Theologis a Summo Pontifice missis ad Tridentinum Concilium in speciali tractatu hac de re edito; & omnium diligentissime Bartholomaeus à Miranda Archiepiscopus Toleranum in ea controversia, quam super hoc apud Tridentum habuit, cui adversus Ambrosium Catharinum latissime subscripsit Dominicus à Soto de just. & iure libro 10. quod. 3. art. 1. & 2. Corduba lib. 1. Quaestionario, quod. 19. & Valsg. in opusculo moral. in tract. de benef. cap. 4. §. 2. dub. 1. num. 121. Idem tenet Thomas Campeggius, qui & Tridentino Concilio interfuit, in opusculo de residentia Navar. in Man. cap. 25. numer. 121. Covarr. lib. 3. var. res. lib. 3. cap. 13. num. 9. Alphonsus Hoida alios citans in tract. de benef. incompatib. part. 1. cap. 1. num. 4. lata Ferrer. conf. 32. num. 1. 4. & ex antiquis tribuitur hac sententia Gabrieli in 4. dist. 15. quod. 18. art. 3. dub. 2. & Adriano in 4. in materia de resid. quod. de puer. lib. beneficior. quae incipit, Quia in praemissa, Gerson. Alphabeto 24. littera Q. & 40. littera E. & 1. & 44. littera I. Quomodo & Divi Thomae Quodlib. 9. art. 15. & in 2. 2. quod. 185. art. 5. prout illum citant pro hac sententia

26 **cia** Cajetanus, Sotus, & Vasq. loci citatis; qui omnes docent Episcopos, & Prælatos curam animarum habentes teneri ad personalem residentiam præcepto divino, non quidem expresso per hæc formalia verba *Episcopi residentant*, nusquam enim hoc legitur in Evangelio, sed per verba æquipolentia, & idem importantia; nam, & hoc *per divinam appellatur*, ut explicat Sotus *dist. art. 1. in 2. col. vers. Ad horum autem perspicacem intelligentiam, licet fateantur Episcopos, & inferiores Curatos posse aliquando ex legitimis causis à suis Ecclesiis abesse. Quibus addi possunt Canonici, qui tenent non posse consuetudine introduci, ut quis percipiat fructus beneficii Curati in absentia, & illi inferatur per Vicarium; videtur enim tacite sentire residentiam non esse de jure positivo humano, quod potest contraria consuetudine aboleri, ut in cap. *fin. de consuet.* Hi autem sunt Innoc. in cap. *quia nonnulli, supra eod.* Abb. in cap. *Extirpanda, §. Qui vero, col. 15. num. 36. de præben. Archid. Gemin. & Præpos. in cap. *Sacerdotibus, 3. dist. Gemin. in cap. ult. de reser. in 6. super gloss. fructibus, Ferlin. in cap. Cum omnes, num. 3. de Const. & Jo. de Sola de benef. in 4. p. q. 2. Quorum sententiam probavit Concilium Tridentinum in d. cap. 1. sess. 23. ibi consuetudine etiam in memorabili, que potius corruptela censenda est.***

28 **Ego** verò arbitror cum Cajetano loco citato præceptum de personali residentia esse de jure divino, & obligare semper, & ad semper ex sui natura, licet per accidens quandoque non obliget. Hæc tres assertiones sunt sigillatim probandæ.

29 **Et** quidem prima assertio, id est præceptum de personali residentia esse de jure divino, & omnis Patrum testimonii, quæ copiose adducit Miranda, & Epistolæ Athanasii, quas referunt Franciscus Torrentius, & Sotus locis supra citatis. Probatur primum, nam Episcopi, & omnes, quibus cura animarum incumbit, tenentur præcepto divino oves suas agnoscere, verbi que divini prædicatione, sacramentorum administratione, & bonorum omnium operum exemplo pascere, & in cætera munia pastoralia incumbere. Sed hæc omnia ab his impleri non possunt, qui gregi suo non assint, sed mercenariorum more deserunt; ergo Episcopi, & omnes curam animarum habentes, tenentur præcepto divino gregi suo assistere, eumque more mercenariorum non deserere, & consequenter eodem præcepto divino tenentur in suis Episcopatibus & Parochiis personaliter residere. Major propositio habetur disertis verbis in Concilio Tridentino *dist. cap. 1. in princ. sess. 23. & patet ex dicendis infra num. 34. & seqq.* Minor propositio similiter est ad litteram expressa in eodem Concilii decreto in *vers. Quæ omnia, & in cap. 1. sess. 6. ibi, Implere autem illud se nequaquam posse sciunt, si greges suos commissos mercenariorum more deserant. Et est per se nota, quia non est possibile ut oves pascantur ab eo, qui illas deserit more mercenariorum, & eufus patet ex dicendis infra num. 34. & seqq.*

30 **Consequencia** est clara, quia eadem obligatione, qua quis tenetur ad finem, tenetur etiam ad medium, sine quo finis esse non potest, S. Thomas in 1. part. *quest. 19. art. 3.* cum omnia ordinata ad finem habeant sub ratione finis, ut l. *Nam & Padum ff. de legibus, S. Thomas in 1. 2. in princ. & notant in proposito, Cajet. & Soto ibi supra. Quod si*

pastores tenentur præcepto divino ovis suis assistere, & illas non deserere, consequens etiam est, ut eodem præcepto divino tenentur personaliter residere, quia verbum *assistere* ex propria significatione importat nedum vigilantiam & sollicitudinem animi, sed etiam corporalem præsentiam, *Lult. in fin. C. de Advoc. divers. judic. & idem est quod adesse, cap. Si quem, juncto, cap. Quamvis in fine de procurat. lib. 8. Concil. Trident. in cap. 4. in fine, sess. 1. 3. similiter verbum *deserere*, quamvis aliquando significet idem quod negligere, ut superius tetigimus: tamen ex proprietate vocabuli importat subtractionem corporalis præsentia, & recessum ab Ecclesia. Unde absentes à sacris Canonibus passim dicuntur Ecclesiam deserere, ut in cap. *Si quis Presbyter, ibi, de sacra Ecclesia sua ad aliam transiendum esse creditur. 7. quest. 1. cap. 2. supra eod.* ibi, *Parochiam suam per annos quinque contra Canonem insipientia deseruit, cap. Inter quatuor, in princ. & cap. Ex tua, ibi, Qui se scandalenter absentant, & ultra sex menses suab deseruerint Ecclesiam, infra eodem cum multis similib.**

32 **Secundo**, principaliter eadem propositio probatur, quia Episcopus ex necessitate præcepti divini juris tenetur ad curam animarum propter illarum salutem, qui est finis obligationis episcopalis, S. Thomas dicta *quest. 18. art. 5. secundum illud Act. 20. Attendite vobis, & universo gregi, in quos Spiritus Sanctus vos posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivistis sanguine suo. cap. Suggestum, 7. quest. 1. Concil. Trident. cap. 1. sess. 6. Dignitas enim episcopalis instituta est à Christo Domino propter officium, sicut Augustinus dicit in *Isaiam homilia 7. Qui vocantur ad episcopatum, non ad Principatum vocantur, sed ad servitium totius ecclesie, ut patet in cap. Qui Episcopatum, 8. quest. 1. & cap. Multi 40. dist. cap. Nisi cum pridem, de renunc. & in cap. 1. sess. 25. Concil. Trident. ubi episcopi dicuntur esse vocati ad sollicitudinem, & labores pro Dei gloria, & animarum salute, & passim alibi, argo ex eadem necessitate præcepti juris divini tenetur ad medium necessarium pro cura animarum, ut offensum est supra num. 30.**

34 **Media** verò, quibus episcopus uti oportet ad eummodi finem consequendum, secundum Cajetanum sunt infra scripta, videlicet Doctrina, Sacramentorum administratio, Consecratio, Visitatio, Custodia, ac Vigilantia. Quæ singula partim explicitè, & partim implicitè continentur in prælegatis decretis Concilii Tridentini, *cap. 1. sess. 23. & cap. 1. sess. 6.* Hujusmodi autem actus tenentur a-

35 **Episcopus** præcepto divino per seipsum exercere: nam de doctrina Apostolus ait 1. ad Titum 3. *Opportet Episcopum esse doctorem, & non dicit oportet episcopum habere Doctorem, & in ordinatione episcopi dicitur, vade, prædica populo Dei, ut in Pontificali Romano, & non dicitur, Mitte ad prædicandum, & Paulus 1. ad Corinth. 9. *Va enim mihi est si non Evangelizavero, necessitas mihi incumbit, & in cap. Dispensatio 43. dist. Anacletus, vel secundum alios Nicolaus Papæ; Dispensatio, inquit, est nobis celestis feminis injuncta, Væ si non pariterimus, Væ si tacuerimus, & in cap. præced. Pastor dicitur eos occidere, quos tacendo noluit increpare, & non esse mundum à sanguine qui Dei consilium non annuntiat, et plura sacrarum litterarum testimonia habentur in cap. *Sis Reitor. & in cap. Ephesiu. 43. dist. & in dict. cap. Nisi enim pridem***

de renunc. ut propterea non mirum si prædicationis munus dicitur Episcoporum præcipuum esse à Concilio Tridentino, *cap. 4. sess. 24.* At non esset præcipuum ipsius Episcopi, si abique legitimo impedimento posset per alium adimpleri. Unde merito S. Synodus in *cap. 4. Episcopis mandat, ut in Ecclesiis suis per se, aut si legitime impediti fuerint per eos, quos ad prædicationis munus assumunt, in aliis autem Ecclesiis per Parochos, si ve is impeditis per alios ab Episcopo deputandos sacram scripturam, & divinam legem annuntiant.*

De administratione Sacramentorum patet, quia quædam sunt sacramenta, quæ solus Episcopus potest ministrare, ut Confirmationis, & Ordinis, *Quanto de consecr. c. unico, §. Per franci christianorum de sacra vñ. Concilium Florentinum in decreto fidei Eugenii IV. §. Secundum Sacramentum, & §. Sextum Sacramentum: & Tridentinum sess. 7. de Confirmatione, can. 3. & sess. 23. de Sacram. Ordin. cap. 4. & can. 7. Idemq; patet de Consecrationibus Virginum Basilicaram, de unzione Altarium, consecratione Chiristianis, & hujusmodi, in cap. *Quamvis, Chorescopus, 68. dist. cap. Perleitu, §. Ad Episcopum, 25. dist. cap. aqua, infra de consecr. Eccl. vel Altar. & d. c. 4. de Sacram. Ordin. sess. 23.**

De visitatione, custodia & vigilantia similiter patet, quia nisi adhæc Episcopus personaliter teneretur, non esset ipse Pastor cultodiens gregem, & vigilans super eo, & agnoscens vultum pecoris sui, sed potius esset dominus ovium habens mercenarium, cui committit ut vigilet, custodiat, & visitet. At manifestum est Episcopos ipsos jure Evangelico esse Pastores ovium Christi, juxta verbum Domini ad Petrum, *Pasci oves meas, Joan. 21. non enim dixit, fac pascere oves, & quamvis soli Petro hæc verba dicta fuerint, cap. Significasti, supra de elect. tamen Augustin. in libro de Pastore cap. 13. observat idcirco Christum injunctis singulariter Petro id, quod omnibus erat commune, ut unitatem commendaret; multi enim inquit, erant Apostoli, & uni dicitur: *Pasci oves meas, Ad hoc cap. in nova, 2. dist. & cap. Loquitur Dominus, 24. quest. 1.* Quod clarius explicans Ambrosius in *Pastorali*, (Nobis, inquit) in verbis divinis credita est dispensatio, gregemque Christi alendum suscepimus, & infra: Reperitum est à Domino tertio: *Pasci oves meas; Quas oves, & quem gregem non solum tunc Beatus suscepit Petrus, sed nobiscum illas suscepit, & cum illo nos suscepimus omnes, Justit Dominus Petro pascere oves, per quem ad reliquos omnes potestas & auctoritas pacendi manat à Deo.) Hæc ille. Sed & Proverbiarum 27. dicitur, diligenter agnosce vultum pecori tui, suoque greges considera; & non dicitur, fac agnoscere. Ex quo testimonio elicitur Doctores personalem visitationem prælati esse de jure divino. Extravag. *Salvator. de præben. inter communes.* Similiter de bonorum operum exemplo dicitur Matth. 9. *Vos estis lux mundi, & sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in celis est.* Pondera, quia non dicit, ut audiant opera vestra bona, sed, ut videant, & hæc verba omnibus Episcopis Apostolorum succelloribus à Domino dicta fuisse, adnotavit Sotus, *de j. p. c. vire lib. 10. quest. 3. art. 1. col. 3. vers. Ille qui pper ratione, & ad Titum secundo, In omnibus præceptum exemplum bonorum***

operum, & 1. ad Timoth. 3. *Opportet Episcopum irreprehensibilem esse, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, &c. & testimonium habere bonum ab his, qui fori sunt. Item ab his, qui intus sunt, cap. unico, §. Ad exhibendum de sacra unzione, cap. Licet ergo 8. quest. 1.* Nihil enim quod alios magis ad pietatem, & Deum cultum assidue instruat, quam eorum vita, & exemplum, qui se divino ministerio dedicaverunt, cum enim à rebus sæculi alioquem sublato locum conspiciantur, in eos tanquam speculum reliqui oculos conjiciunt, ex hisq; sumunt, quod imitentur, ut legitur in decreto Concilii Tridentini, *ca. 1. in princ. sess. 22. & hoc vultu perpetuum quoddam prædicandi genus esse dicitur, in cap. 1. sess. 25.* At ridiculum est affirmare episcopum esse posse irreprehensibilem, sobrium, castum & suis subditis posse præluere, & exemplo esse per Vicarium, vel substitutum, cum in seipso debeat ostendere qualiter alios in domo Dei oportet conversari, dicit textus inc. *Cum in cunctis supra de elect. & salus subditorum sit integritas prædicationum, ut in cap. Miramur, 61. dist. & in cap. 1. in princ. sess. ejusdem Concilii, item vanitas est subditos posse imitationis exemplum sumere ab episcopo in longinquis partibus moram trahente. Unde potest officium hoc participari per bonorum operum exemplum, ad quod præcepto divino obligantur episcopi, esse personalissimum, nec ullatenus posse per ministros adimpleri.*

Denique de custodia & vigilantia idipsum patet ex auctoritate Apostoli 2. ad Timoth. 4. *Non enim dicit, Fac vigilare sed dicit, Tu vero vigila, in omnibus labora, quæ fac Evangelista, ministerium tuum imple. Quamobrem cum angula munia, ad quæ episcopi præcepto divino obligantur, exigant corporalem ipsorum præsentiam, & personalem ministerium, hinc manifestè sequitur, ut eodem præcepto divino ad personalem residentiam teneantur.*

44 **Non** obstat si dicatur: episcopi poterunt hæc munia exercere per alios episcopos pauperes: quoniam ut verbis Cajetani utar, abulionis est detestabilis, ut pauper episcopus relictæ suæ ecclesie alteri serviat, cum singuli episcopi teneantur ad hæc omnia per se explenda in sua Diocesi, hinc statutum legitur in Concilio Antiocheno c. 11. *Episcopus de diocesi ad diocesim alteram non debere transire, neque si seipsum ingesserit, neque si à populis fuerit violenter attractus, neque si etiam hoc ei ab episcopis suadeatur. Manere autem debere eum in ecclesia Dei, quam ab initio sortitus est, & non ab ea alio demigrare, secundum regulam super hoc olim à patribus constitutam, referentur in cap. Episcopus 7. q. 1. Item agis suis licentibus alieni non sunt irrogandi, l. *Præter, C. de servit. & aqua, ibi, (Cum sit durum, & crudelitate proximum ex tuis prædiis aquæ agmen ortum licentibus agris tuis, ad aliorum usum vicinorum injuria propagari)**

45 **cap. Quia per ambitiones, 64. dist. 12. c. v. nemo privar. l. Pupillus, & ibi Bart. ff. de excusat. tutor. gloss. in cap. Qui, vult in ver. serpsio, de panis dist. 3. & vulgare est non debere unum altare discoperiri, ut aliud cooperiatur, Clem. Quia contingit, de Reliq. domib. cap. Cum causam de præben. & in Authen. Quomodo oportet Episcopos, §. Si verb.**

Quod si insistat, saltem exerceri hæc poterunt per episcopos titulares. Respondet Cajetanus esse per accidens, ut in ecclesia sint episcopi titulari

res: idem contingit, quia Ecclesie alique sunt ab infidelibus occupatae vel destructae, ut in cap. *Prohibet* 7. *quod* 1. Quod autem est per accidens ab arte, relinquatur, nec infirmat rationem per se solidam, 1. naturalem, 2. rationem, ff. de acquir. 48. *res. dom. l. iura. cum trib. seqq. ff. de legib.* Ut enim creentur Episcopi titulares sine ulla rationabili causa, & eorum tantum sine, ut ea dignitate aliquis peribna qualificetur, seu decoretur, abusio- nis est.

49. Præterea tollitur prædicta objectio, quia qui- libet Episcopus sive titularis, sive non, in alterius diocesi non est Episcopus proprius, sed alienus & mercenarius, cap. 1. cap. *Nullus primas*, & per totam 9. *quod* 1. 2. 3. & per tot. 7. *dist. cap. 3. infra de sacros. & cap. cum nullus, de tempor. ordinat. lib. 6.* cum mult. similib. & in specie de Episcopis Titularibus patet in decreto Concilii Tridentini *sess. 1. 4. cap. 2. ibi* (Nonnulli Episcopi Ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, Clero carentes, & populo Christiano, cum ferè vagabundi sint, & permanentem sedem non habeant, non quæ Jesu Christi, sed alienas oves in scio Pastore querentes, &c.) At grex à Domino jubetur paci- sci, non per mercenarium, ad quem non pertinet de ovibus, cap. *Adversitas*, 5. *Hoc rursus servandum*, 7. *quod* 1. sed per ipsummet Pastorem: ait enim Dominus Joann. 10. *Qui autem intrat per ostium Pastoris ovium, cuius vocem oves ejus audiunt, & proprias oves vocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oves emisit, ante eas vadit, & oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus, alienum autem non sequuntur, sed negunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum.* Hæc ibi, Pondera singula verba quæ evidenter demonstrant officium pas- toris animarum esse omnino personale ex præ- cepto Evangelico, nec posse ex sui natura per alie- num adimpleri.

50. Denum tollitur eadem objectio. Quia tamen si aliquo speciali casu equè bene possit esse consul- tum utilitati Ecclesie per deputationem optimi Vicarii, vel Episcopi suffraganei; non tamen propterea proprius Episcopus eximeretur à per- sonali residentia, quia tenetur præcepto divi- no non tantum ad providendum utilitati Eccle- siæ suæ, sed etiam ad ascendendum per seipsum, ut proximè ostensum est. In debitis autem, seu muneribus personalibus non absolvitur debitor, si per alium faciat, ut Cajetanus observat in 2. 2. *dist. quod* 1. 8. *art. 5.* & probatur in l. 1. & per tot. *ff. de excus. muner.* & *C. qui acate se excus.* & *tit. seq. lib. 1. 6.* & cap. *Per venit, de immun. Eccles.* & tra- dit Bald. *cons. 1. 6. 5. Propositur lib. 5.* Textus opti- mus in l. *inter arripices, ff. de sulation.* Sicut Sacerdos si divinum officium vel Missam celebret per ali- quem devotum presbyterum, satisfacit quidem illis, pro quibus tenetur officium, vel sacrificium offerre, sed non propterea excusatur à celebra- tione officii, vel Missæ, ad quam tenetur; quia debi- tum personale est, cap. *Nihil*, 7. *quod* 1. Concilium Tridentinum in c. 4. *sess. 22. & in c. 12. vers. Omnes vero, sess. 24.* Quod multò magis procedit in mune- ribus publicis, præsertim ubi agitur de regimine animarum, c. *Cum sit, supra de atar. & qual. in his enim censetur electa industria personæ; & ideo non admittitur substitutus, per regul. cap. *in. s. is enim de off. de leg. & sunt jura aperta in cap. Quia nonnulli, ibi: Quæ residentia in loco, & curam per seipsum**

valeat exercere, & cap. *Relatum, supra eod. cap. Cleri. eos, ibi: alios substituere non permittis, cum id factum absonum, & absurdum, de offic. Vicar. cap. *Extirpanda*, 5. *Qui vero de praben. ubi dicitur: Qui Parochiam habet Ecclesiam, non per Vicarium, sed per seipsum de- serviat, & notat Archid. in cap. *Sacerdotes* 1. 1. *quod* 1. Abb. in d. 5. *Qui vero, num. 32. vers. Quia in commissione cura eligitur industria persona, cui com- mittitur; ideo non est rationabile quod ipse alii committat, Dec. in cap. *Cum omnes, in 2. lect. in 1. notab. de Constit. Ferrer. cons. 32. num. 15.* & pluri- bus probat Socus *de just. & jure lib. 1. o. d. quod* 3. *art. 1. col. 20. vers. Ad eorum ergo argumentationem.****

53. Undè merito B. Bernardus ab Hostienis relatus in *dist. cap. Extirpanda, num. 10.* dicit (Qui per vicarium inservit, per vicarium remunerabitur.) Quo loco libet referre verba gravissima Damiani papæ *epist. 4.* quæ habetur *rom. 1. Concil. pag. 164.* Ait enim (Curam vobis à Deo demandatam negli- gitis. Qui talia vitium, videntur mihi meretricibus esse similes, quæ stant ut pariant infan- tes, alius nutritibus tradunt educandos, ut suam civitatis libidinem explere valeant, sic & isti infan- tes suos, id est populos sibi commisos aliis edu- candos tradunt, ut pro suo libito curis seculari- bus inhiant, & ad principes, & ad eorum favores confugiant, & quod unicuique visum fuerit libe- ritatis peragant: pro talibus enim anime negligunt, oves pereunt, morbi crescunt, hæreses & schis- mata procedunt, Ecclesie destruantur, Sacerdotes viciantur, & reliqua mala proveniunt. Non enim ita Dominus docuit, nec Apostoli instituerunt, sed ipsi, qui curam suscipiunt, ipsi peragant. Nam Dominus ovem perditam diligenter quæsit, ipse invenit, ipse propriis humeris reportavit. Si Dominus pro ovibus tantam curam habuit, quid nos miserè dicturi sumus, qui etiam pro populo nobis commisso curam impendere negligimus, & alios educandum tradimus?) Hæc Sanctus pontifex. Et sanè cum nihil magis inculcent sacra Litteræ, Canones, & Concilia, quam ut ad majorum Ecclesiarum regimen non assumatur nisi qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, cap. *Licet ergo*, 8. *quod* 1. cap. *Cum in concilio, supra de elect.* & hoc munus ejusmodi esse censent, ut si pro rei magnitudine expendatur, nunquam satis cau- tum de eo videri possit, ut legitur in decreto Con- cilii Tridentini, *cap. 1. sess. 24.* & ite ipsi plene in cap. *Nisi cum pridem supra de renunc. utique tam ex- quisitè diligentia, & cautela essent profus super- vacanea, si Episcopi possent muneri suo per alium satisficere.*

Rursus non obstat si dicatur: Episcopi acci- piunt potestatem immediate à Summo pontifice, cap. *Qui se fecit*, & cap. *Decreto 2. q. 6. cap. *Sacrosan- ctas*, & cap. *Omnes*, 2. 2. *dist.* & docet Alex. de Ales, Albertus Magnus, S. Thomas, & S. Bonaventura relati à Cardinale Turretrem, in d. cap. *Omnes*, 2. 2. *dist. ubi latè hanc intentionem tuetur.* Ergo Episcopi tenentur personaliter residere jure pontifi- cio, non autem Divino.*

54. Id inquam non obstat; primò, quia Episcopi acci- piunt potestatem à Romano pontifice potesta- tem jurisdictionis tantum, Et ita loquuntur Ca- nones, & DD. supra citati, ut scilicet ipsi latissime in cap. 1. *num. 3. 1. supra de offic. ordin. At verò potesta- tem Ordinis, quæ non ex injunctione hominis, sed*

sed per consecrationem confertur, accipiunt im- mediatè à Christo, cap. *In novo*, & ibi gloss. *in ver. Peri. 2. 1. diffinit.* & dicit in cap. 1. in 2. *notab. de sup- plet. neglig. Pralat.* Cum autem Episcopi tenentur præcepto divino oves pascere, etiam Sacramen- torum administratione, ut habetur in decreto præalleg. Concilii Trident. *cap. 1. sess. 23.* Et hoc spectat ad potestatem Ordinis; utique saltem hoc respectu præcepto divino tenentur personaliter residere.

55. Deinde & fortè melius prædictum argumen- tum dicimus non obitare, quia etiam quilibet Episcopus accipiat jurisdictionem immediate ab Ec- clesia Romana, tamen institutio ipsa Ordinis, & gradus Episcopalis est Dei, ut est diffinitum à Con- cilio Trident. *sess. 23. de Sacram. Ordinan. 6.* & di- xi plenius in cap. *quanto supra de consuet.* & in cap. *1. de ordinat. ab Episc.* Et huic institutioni ab ipso Deo fuit annexum oves pascendi oves, ut sæpius repetitum est, & consequenter quamvis Roma- nus Pontifex promoveat Episcopos, etique juris- dictionem conferat; ipsam tamen divinam insti- tutionem immutat, aut omni illi annexum à Deo adimere non potest. Et quemadmodum, ut Soci exemplo utar, qui mram fecit, efficere non potest ut prunis inde, aut alia arbor generetur quam morisitanæ; qui Episcopum facit, efficere potest, ut ejus natura divinitus imbuta non sit per se pascere.

56. Similiter non obstat si dicatur, Papa aliquando dispensat super residentia; Concilium Tridenti- num in cap. 2. *sess. 6. ibi: in diligentia vero, & dispensa- tionibus temporaliis, &c.* Quinimò, & Episcopus, ut patet in cap. *Cum ex eo, de elect. libro 6.* ubi est expressum Episcopos dispensare posse cum ha- bentibus Parochiales Ecclesias, ut ad septennium abstat studiorum causa. Et generaliter ex justa causa, ut in cap. *Relatum, in fine*, & ibi gloss. *in su- pra eod.* Item aliquando dispensat Papa puerum intentione plurium Episcoporum, aut plurium be- neficiorum curatorum, ut in cap. *De multi, in fine, de praben. cap. *Datum, ut secundum, de elect.* Clem. si plures, & Extravag. *Execrabilis, de praben.* Ergo resi- dentia non est de jure divino, super quo Ecclesia non dispensat, cap. *Sunt quidam*, 2. 5. *quod* 1. cap. *Sicut cum ibi not. 1. 5. dist. d. Thom. in 1. 2. quod* 97. *art. 4. ad 3.**

Respondetur enim ex Richardo de Mediavilla in 4. *sent. dist. 38. quod* 9. *art. 1.* & Cardinal. inc. *Cum ad monasterium*, 5. *Abb. num. 16. infra, de statu Monachor.* dispensationem posse accipi dupliciter. Uno modo pro juris relaxatione, ut notatur in 5. *dist. rigor, 1. quod* 7. Alio modo pro juris de- claratione, & hoc tantum respectu dicimus Papam dispensare super jure divino, videlicet illud de- clarando, & interpretando, cap. *In omni, de testib.* addo gloss. *unic. in d. e. Sunt quidam*, quæ dicit Pa- pam dispensare in Evangelio, interpretando ip- sum, c. *Licet, in fine, de testib.* Itaque Summus Pon- tifex proprie non dispensat cum Episcopo super resi- dentia, sed potius interpretatur jus divinum eo casu propter aliquam circumstantiam non obli- gare; & ita respondet Covar. *variar. resol. lib. 1. cap. 13. num. 9. vers. Fator enim Soc. de just. & jure lib. 1. o. quod* 3. *art. 1. & Vazq. in opus. moral. in tract. de benef. 6. 4. 5. 2. dub. 1. nu. 122. in fine.* Quod egregie expli- cat D. Thom. *Quod* 9. *art. 1. 5. art. enim: Sunt quæ- dam adiones, quæ absolute considerantur inordina-*

tionem, & deformitatem quandà important, quæ tamen aliquibus circumstantiis advententibus bonè efficiuntur, sicut non residere propter incom- patibilitatem in beneficio curato est per se malè; tamen aliæ circumstantiæ possunt supervenire ita honestantes actum, ut prædictæ inordinationes totaliter evanescant, ut puta si sit necessitas in plu- ribus Ecclesiis ejus obsequi, & possit plus servire Ecclesie, vel tantumdem absens, quam alius præ- sens, & quæ alia sunt hujusmodi; & tunc istis con- ditionibus supervenientibus cum redè intentione non erit peccatum, etiam nulla dispensatione interveniente, si consideretur tantum secundum jus naturale, quia dispensatio ad jus naturale non pertinet, sed solum ad positivum. Nunc autè cer- tum est per antiqua jura hoc esse prohibitum; & ideo necessaria est dispensatio, etiam illis circum- stantiis supervenientibus, quæ secundum consi- derationem juris naturalis admodum poterant honestare J. H. & S. Thom. Nec refert quod Innoc. in d. c. *Cum ad monasterium*, n. 3. teneat Papam dispen- sare posse etiam sine ulla causa, ut quis obineat duo beneficia curata, ut dixi *supra* n. 23. nam huic doctrinæ Innocentii in specie respondet Abb. in cap. *Extirpanda*, 5. *Quia vero, n. 44. de praben.* dicens illam procedere quoad forum militantis Eccle- siæ, in quo non licet displicere de tactis papæ, c. *Si quis suadente*, 5. *Qui autem, 17. qm. 4.* quia ipse de aliis judicat, sed à nemine judicatur, cap. *Si Papa*, 40. *dist. sed quoad Deum non procedere: nam jus scri- pturæ fundatum est super bono communi, c. *Erut autem lex*, 4. *dist.* hoc autem privata consideratione illius, vel illius non debet omitti, cap. *Miranus*, 61. *dist. cap. *Licet, de regular.* cum similib. Dispensa- tio autem per privatam considerationem illud remittens irrationabilis est, cum apud papam non debeat esse acceptio personarum, cap. *Novit, de ju- dic. cum concord.* Sed negari non potest quod sit acceptio unius personæ quod aliis communitur denegatur. Item si papa elect negligens, vel remissus, & non intentus circa bonum publicum, gravius puniretur à Deo, ut in dicto cap. *Si Papa* & maxime circa bona ecclesiastica, quæ sunt Dei, ut in cap. *Incipit, de elect. lib. 6.* Et in Extravagan. *Salvator, de praben. inter communes*, Innoc. in cap. *Cum super, de can. poss. ff. & propriis.* Nam quæcum- que Ecclesiis offeruntur, dicuntur esse oblata Deo, cap. *Videntes*, 12. *quod* 1. & cap. *Res ignis*, 22. Unde non debet attentè carnalitate & affectione speciali de his rebus disponere, sed attentò bono publico spirituali. Debet enim esse fidelis, & provi- dus dispensator, & non infidelis, & ejus iudicium debet de vultu Dei prodire, ut in cap. *Ve nostram, Ut Ecclesie, benefic. & cap. *Cum aterni, de sent. & re ju- dic. libro 6.* ita Abb. & hoc ipsum dicit Jo. de Lign. in Clem. *Gratia, de scriptis.* ubi similiter concludit posse papam dispensare generaliter, ut unus habeat plura curata, & consequenter super resi- dentia. (Totum tamen (ut ipse ait) debere referri ad cultum divinum, aliàs hi nuda voluntate, non habita relatione ad bonum publicum, non foret dispensator, sed dissipator. De fidelis dispensato- re loquitur textus Lucæ 11. *ibi: Qui parat fide- lus est dispensator, quem constituit Dominus super fami- liam suam.* & c. Infidelis autem dispensator est, qui non habet intuitum rationis, & boni publici. Item imprudens non considerans causas motivas in bonum publicum directivas. Ex quo sequitur***

ut quoad Deum non siturus is, cum quo sic di-  
spensant, imò verius dilapatur, cap. Non est, & i-  
bi not. in 2. gloss. de voto, facit cap. si u qui praes. 1. i.  
quasi. 3. de c. 1. art. 2. (q. 1.) Hac Jo. de Lignano,  
quem refert, & sequitur Abb. in d. 5. Qui vero, num.  
2. 3. vers. totum tamen, & num. 35. vers. alia conclusio,  
& cum his consentit D. Thomas in 1. 2. quesi. 97.  
art. 1. ut.

Nec ad rem pertinet decisio S. Congregationis  
adducta in contrarium supra num. 24. siquidem  
Papa, omnes non exemit Parochiam a residentia  
sed circum Parochiam transiit suppressit, & in lo-  
cum Parochi Capellani subrogavit; quod non  
excedit potestatem Papae. Ideoque Concilium  
Tridentinum in cap. 16. sess. 25. etiam prohibeat ne  
beneficia curata convertantur in simplicia, etiam  
assignata Vicario perpetuo congrua portione, tam-  
en praeter gratias, quae iudicium plenarium effe-  
ctum sunt, consentit;

66 Item non obstat cap. Extrinseca, §. Qui vero, de  
præben. ubi obtinens dignitatem, cui ut annexum  
beneficium curatum. debet residere in dignitate,  
& continere Vicarium in Parochiali, quod fieri  
non potest si residentia in beneficio curato esset

67 de iure dicto. Nam responsum eo casu Vicari-  
um, solum esse Pastorem animum, ut patet ex  
littera, ibi, idemque, & perpetuum habeat Vicarium  
canonicè institutum. Et propterea quæ de Ecclesiis  
curam animum habentibus per receptionem  
aliarum similium amittendis, ac de ipsarum re-  
gioribus promovendis ad sacerdotium, & de eor-  
um alicuius iure futuræ noleantur, in perpetuum  
Ecclesiarum Parochialium Vicariis, & assumptis  
ad eas jubentur observari in Clem. unica de offi-  
c. Vicar. Et Vicarium perpetuum esse Curatum pro-  
bat text. post. in cap. in ibi, 7. si videant, & si reser-  
vatis, ut eorum cura erigat, faciant promoveri. Nota-  
tae gloss. in d. Clem. unica.

Demum non obstat quod dictum est de delega-  
tione supra num. 1. Nam, ut respondet Cajetan. d.  
art. 5. vers. ad secundum argumentum, cum persona-  
li officio stat, ut persona episcopi, salva conscientia  
paritate, ex rationabili causa ablineat: ab ali-  
quo proprio sibi actu, & per alium exerceat il-  
lum, puta ut praedicet per alium, ubi hoc magis  
expediens fuerit, exemplo Valerii, qui per Augu-  
stinum praedicavit. Et hanc Cajetani respon-  
sionem in effectu olim probavit S. Congregatio Con-  
cilii in Curatis inferioribus, ut dixi in cap. Extrin-  
seca, §. Qui vero, in 1. notab. vers. Caterum, infra de  
præben. Adverit tamen Sor. d. art. 1. col. 19. vers. Ergo  
si iura, Valerium hoc fecisse in gravitate iam  
aetate, quando vires sibi non suppetebant.

Itaque rationibus firmatum est quemlibet Epi-  
scopum, vel Curatum, per se loquendo teneri ex  
divini iuris præcepto personaliter residere in suo  
episcopatu vel Parochia: licet non me lateat de  
hoc articulo ingentem controversiam, & ditur-  
nam altercationem extitisse inter Patres Con-  
cilii Tridentini, imò & inter ipsos Cardinales præ-  
sidentes; & propterea Decretum ea forma ver-  
borum fuisse conceptum, ut neutri sententiae for-  
maliter adverseretur, prout refert P. Sfortia Pal-  
lacianus multis in locis suæ admirabilis Histo-  
riae.

68 Secunda idem assertio, videlicet præceptum  
de personali residentia episcopi, vel inferioris Cu-  
rati per se obligat, non tantum semper, sed etiam

69 ad semper, probatur: Quia etiam præcepta affirmati-  
va obligent semper, non autem ad semper, sed  
pro loco & tempore; & in hoc formaliter diffi-  
rant à præceptis negativis, ut per D. Thom. in 2.  
qu. 7. art. 5. ad 3. & qu. 88. art. 1. ad 2. & qu. 100. art.  
1. in corp., nihilominus aliud dicendum est de per-  
sonali residentia, quoniam licet sit affirmativum,  
tamen includit etiam præceptum negativum ob-  
ligans ad semper, quia præcipitur Pastori, ut oves  
non dimittat, aut deserat more mercatoriorum,  
ut ostensum est supra n. 29. & sequ. Simile habetur  
in cap. Super hoc de renunc. & in c. 1. in gloss. in ver.  
Non timore, supra de iur. quo vi met. caus.

70 Præterea, ut observat Cajetan. initio citatus,  
actus episcopales sunt in triplici differentia: nam  
quidam exigunt certum & determinatum tem-  
pus, ut collatio Ordinum, c. 3. de tempor. ordinat., &  
consecratio Chriftianis, can. Littera de consecr. dist. 3.  
cap. Quoniam desent. ex comm. lib. 6. gloss. in can. Pres-  
byteris, de consecr. dist. 4. & ratione actuum huiusmo-  
di satis esset ut episcopus residere temporibus ab  
Ecclesia præcipitur ad illos exercendos. Quidam  
verò actus sunt temporis indeterminati, sed tamen  
non frequenter occurrunt, ut consecrationes &  
benedictiones, de quibus in cap. Quamvis, 68. dist.  
& nota in d. consecr. licet, vel aliter. & de consecr. dist.  
1. & horum ratione sufficeret episcopus ita resi-  
dere, ut ex defectu eorum actuum Ecclesia non  
paretur detrimentum. Quidam denique sunt ac-  
tus temporis indeterminati, & frequentis, ita ut  
nullum tempus sit exceptum, in quo non facile, &  
crebro occurrat eorum necessitas, ut est actus pas-  
cendi gregem Christi; oportet enim muniri pas-  
toralibus ita assiduam esse Pastorem, ut actum pas-  
cendi facere nunquam intermitteret: scriptum est enim:  
Qui praesens sollicitudine, cap. Quia praesulatum 1.  
quasi. 4. & 2. ad Corinth. 11. 28. Insistentia mea quo-  
tidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum, Quia inbrimatus,  
& ego non inbrimatus & Quia scandalizatur, & ego  
non uror. Sic & Apostolicus à pastoralis sollicitudi-  
ne circa omnes Ecclesias nunquam omnino cessat,  
ut dicit text. in cap. Cum insistentia, de cens. Ex-  
tra. ducit infomes per omnibus cogitationem  
suscipiens, ut in Auth. Pa. iudice sine quoguo suffragi,  
in prior. Amplius à Pastore exiguntur sex actus,  
qui habentur ezechiel. cap. 39. quos manifestum  
est exigere tempus continuum, aut valde fre-  
quens prout explicavit Cajetan. & Sotus, qui pro-  
pterea irridet, & deridat quosdam episcopos, qui opinantur  
se muneri suo satis esse, si per aliquot horas  
causis decidendis assistant.

71 Tertia demum assertio, videlicet per accidens  
quandoque episcopum non teneri ad personalem  
residentiam secundum Cajetan. in 2. 2. q. 18. §.  
art. 3. vers. Et quoniam, probatur, quia cum haec ob-  
ligatio ad semper sit ex parte materiae, & materia  
ipsa sit mutabilitati, & variationi obnoxia, pro-  
pterea contingit, ut absque violatione præcepti  
episcopus non semper residet.

72 Causæ verò exsultantes episcopum à vinculo  
necessariae continuitatis residendi in diebus ex  
Decreto Concilii in eod. cap. 1. Sunt infra scriptae,  
videlicet, Christiana charitas, urgentes necessitates,  
debita obedientia, ac evidens Ecclesiae, vel Rei-  
publicae utilitas. Quæ omnia Cajetan loco cita-  
to, & post eum recentiores Theologi pertrun-  
gunt ad tria capita. Primum est necessitas impe-  
dimenti. Secundum qualitas negotii. Tercium  
conditio personæ.

73 Necesse tamen impedimenti nemo dubitat  
quin excuset, & est expressum in d. cap. 1. & in c.  
Inter quatuor infra eod. cum concord. Impedimen-  
tum autem est in duplici differentia. Aliud enim  
est ab intrinseco, aliud ab extrinseco. Impedi-  
mentum ab intrinseco est quod provenit ex infir-  
mitate, & hoc præbet iustam causam abscedendi  
ad tempus ab Ecclesia, ut si oporteat caelum  
mutare, vel ire ad balnea, secundum Cajetan. ubi  
supra. Ad hoc cap. Nihil, 7. quasi. 1. cap. Ad eviden-  
tiam, infra eod. cap. unico, eod. lib. 6. & de Cler. 4.  
gro. per totum. Quod si morbus sit incurabilis,  
permittitur resignatio iuxta terminose, Nisi cum  
pridem, §. Alia vero causa est debilitas corporis, supra de  
renunciat. Sic Silvanus episcopus Philenensium  
propter aeris interperiem renuntiavit Ecclesiae,  
& Atticus Patriarcha Constantinopolitanus Eccle-  
siam Iroadis illi commisit inquit: ( Ecce  
quomodo nullam habes excusationem, cum Do-  
minus tibi providerit de loco temperato, & com-  
modo pro corporis morbis tolerandis.) Vel datur  
coadjutor, ut in cap. 1. & cap. in infra, de Cler.

semper id est assidue, quia sicut habet determina-  
tum locum, scilicet propriam diocesim, cap. si  
quis episcopus, 92. dist. cap. Per venit, 7. quasi. 1. & in  
certis temporibus ipsam Cathedralium Eccle-  
siam cap. Placuit, ead. cau. & quasi. Concilium Tri-  
dent. in d. 6. 3. vers. Eadem interim adminet, sess. 23.  
ita & determinatum tempus, id est assidue, &  
quali semper.

Dixi, quali, quia brevis, & modica interpella-  
tio continuum residentiam non interumpit, ut  
not. Petr. de Anchar. in can. num. 1. vers. Quandoq;  
verbum residere adicitur ditioni continue, de Cler.  
non resid. lib. 6. Et ita secundum eum intelligitur  
quod de habitatione continua triennii dicitur in  
c. in de sigill. & malefic. Nam & illud non  
semper cadens dicitur habere causam continuum  
ut l. Fortanem, ff. de iur. urban. praed. or. & l. 1. §.  
Quotidiana ff. de aqua quod. & l. 1. §. Si qui  
ita legaverit, ff. de condition. & demonstrat. & l. Moria,  
ff. de ann. lega. Unde Concilium Trident. in præ-  
dic. c. 1. sess. 23. admittit ut episcopi duos, antea  
mentes singulis annis abesse possint. Quoniam,  
inquit, qui aliquantisper tantum absunt, ex vete-  
rum Canonum sententia non videntur abesse,  
quia licet reverentia sunt dum tamen id ex qua  
causa fiat, & absque ullo gregis detrimento, quod  
an ita sit, absque conscientiae gravissimis  
verbis reliquit.

74 Tertia demum assertio, videlicet per accidens  
quandoque episcopum non teneri ad personalem  
residentiam secundum Cajetan. in 2. 2. q. 18. §.  
art. 3. vers. Et quoniam, probatur, quia cum haec ob-  
ligatio ad semper sit ex parte materiae, & materia  
ipsa sit mutabilitati, & variationi obnoxia, pro-  
pterea contingit, ut absque violatione præcepti  
episcopus non semper residet.

75 Causæ verò exsultantes episcopum à vinculo  
necessariae continuitatis residendi in diebus ex  
Decreto Concilii in eod. cap. 1. Sunt infra scriptae,  
videlicet, Christiana charitas, urgentes necessitates,  
debita obedientia, ac evidens Ecclesiae, vel Rei-  
publicae utilitas. Quæ omnia Cajetan loco cita-  
to, & post eum recentiores Theologi pertrun-  
gunt ad tria capita. Primum est necessitas impe-  
dimenti. Secundum qualitas negotii. Tercium  
conditio personæ.

76 Necesse tamen impedimenti nemo dubitat  
quin excuset, & est expressum in d. cap. 1. & in c.  
Inter quatuor infra eod. cum concord. Impedimen-  
tum autem est in duplici differentia. Aliud enim  
est ab intrinseco, aliud ab extrinseco. Impedi-  
mentum ab intrinseco est quod provenit ex infir-  
mitate, & hoc præbet iustam causam abscedendi  
ad tempus ab Ecclesia, ut si oporteat caelum  
mutare, vel ire ad balnea, secundum Cajetan. ubi  
supra. Ad hoc cap. Nihil, 7. quasi. 1. cap. Ad eviden-  
tiam, infra eod. cap. unico, eod. lib. 6. & de Cler. 4.  
gro. per totum. Quod si morbus sit incurabilis,  
permittitur resignatio iuxta terminose, Nisi cum  
pridem, §. Alia vero causa est debilitas corporis, supra de  
renunciat. Sic Silvanus episcopus Philenensium  
propter aeris interperiem renuntiavit Ecclesiae,  
& Atticus Patriarcha Constantinopolitanus Eccle-  
siam Iroadis illi commisit inquit: ( Ecce  
quomodo nullam habes excusationem, cum Do-  
minus tibi providerit de loco temperato, & com-  
modo pro corporis morbis tolerandis.) Vel datur  
coadjutor, ut in cap. 1. & cap. in infra, de Cler.

78 Impedimentum ab intrinseco est, quod provenit  
ex persecutione. Persecutionum autem duæ  
sunt species secundum gloss. in cap. Adversitas, in  
ver. Hoc etiam, 7. quasi. 1. Alia extrinseca, quam  
patitur Ecclesia à tyranno, vel manifestis inimicis,  
de qua dicam infra, num. 87. Alia intrinseca,  
quæ consistit in eis, qui abunitate Ecclesiae non  
sunt præcibus, sed tamen nec facti ab Episcopo,  
nec corriguntur, iuxta textum in d. cap. Adver-  
sitas, & cap. 104. & in cap. Nisi cum pridem, §. Propter  
mauitatem, supra, de renunc. Et hæc species ab,  
& quando præbet Prælati iustam causam non resi-  
dendi, notavi plene in cap. Post tranlati unum, d.  
num. 2. 2. q. 1. in finem, eod. tit.

79 Negotium autem  
excusans episcopum a residentia tripliciter habet  
ad suam ecclesiam. Primum, in ordine ad ipsam,  
sicut totum ad partes. Secundum, in ordine ad al-  
ias Ecclesias, licet pars ad compartem. Tertium,  
in ordine ad Ecclesiam universalem, seu Romanam,  
sicut pars ad totum, seu membrum ad caput.

80 Primo casu, quando scilicet negotium se ha-  
bet ad suam Ecclesiam, ut totum ad partem, puta  
quia immunitas necessitas defendendi Ecclesiam,  
& iura ipsius, ob quam oportet episcopum ad  
remotiores partes migrare, tunc manifestum est  
iure seculari a residentia textus est in cap. Ex parte,  
infra eod. & notat gloss. in c. in fin. de primi, lib. 6.  
Quinimò si necesse est solvere, potest, & debet  
episcopus ad suolandam Ecclesiam suam in qua  
calamitate constitutam accedere ad Curi-  
am, vel Romanam, vel Regiam, id est iure Di-  
vino, & naturali, dummodo id per alios pariter  
non possit ut Enimvero inquit Sor. de iur. & iur.  
lib. 10. quasi. 3. art. 4. vers. Quatuor autem negotio-  
rum; Et est ratio, quia episcopus tenetur propriæ  
Ecclesiae existere non solum a ius actus Pasto-  
ales, sed etiam hunc, qui est defendere, vel pro-  
curare bonum eius, cap. Suggestum ibi, ipsa tunc se-  
beant Ecclesiam, 7. quasi. 1. Ac proinde ex hac causa  
licet potest ad Ecclesiam abesse, ut probatur in  
præ alleg. cap. Ex parte, ibi, præmissura tua iura si-  
deat persequeretur, cum per hoc censuris debet relaxari,  
Quamvis enim ab Ecclesia abis; tamen adest ne-  
gotius Ecclesiae, ut dicit ibi Innoc. & Host. num. 2.  
in ver. Residens.

81 Secundo casu, quando scilicet negotium se ha-  
bet in ordine ad alias Ecclesias, sicut pars ad com-  
partem, cum finis animæ unum eorum in Christo, sin-  
guli autem alter alterum membra, ad Rom. 12. cap.  
Singula, 8. 5. dist. potest, & debet episcopus iure  
charitatis alterius episcopi necessitati spirituali  
succurrere, etiam cum detrimento temporali,  
licet non è converso. Et hac de causa Paulus Ti-  
motheum, & alios discipulos abire iussit ad alias  
Ecclesias pro necessitate promulganda fidei, ut  
fuso probat Cajet. in 2. 2. d. quasi. 1. §. 5. art. 5. vers.  
Cum autem negotium ad bonum alterius particulari  
82 Ecclesiae, & Sor. d. art. 4. col. 8. vers. Præter hæc, Item  
secundum eos cum unum spirituale bonum sit  
magis necessarium, quam aliud, cap. Bone, 11. de  
posul. Prælat. Concilium Tridentinum, cap. 18.  
ibi, & major quandoque utilitas postulat, sess. 23.  
puta negotium fidei, vel pacis, quam ministratio



Sacramentorum, & hujusmodi laudabiliter episcopus pro negotio fidei, vel pacis in aliena moratur ecclesia: & propterea licite episcopi sunt legati ad pacem inter Reges Christianos componendam. Si enim cuiusquam, inquit, Ambrosii officium est. Sed de hoc infra. 28. Quod autem legati eant promissive ad temporalia negotia (ut Cajetanus subjicit) abusionis est, quia non militans Deo implicat se negotiis secularibus. 2. ad 1. mot. 2. c. 1. in p. de Cler. vel Monach.

83 Tertio casu, quando scilicet negotium ecclesie particularis se habet ad ecclesiam Romanam, vel universariam, sicut pars ad totum, seu membrum ad caput, certum est si necessitas postulet, licite posse episcopum a sua ecclesia abesse, arg. d. c. Bonasii primo de postul. Pralat. & cap. Cuius dilectum. infra eod. & est expressum in decreto Concilii Tridentini, c. 1. sess. 23. ubi evidens ecclesia, vel Republica utilis: nam bonum partis ordinatur ad bonum totius, ut ad finem; & debet pars exponi pro bono totius, ut cum manus praecutitur pro salute totius corporis, cap. Rescindenda, 29. quae. 3. S. Thomas in 2. 2. quae. 6. art. 1. Sylvestri in ver. 11. mot. 2. c. 1. in p. de Cler. vel Monach.

84 Quot tamen loco licet referre ad hanc non notabilia verba, & declarationem Cardinalis Cajetani in d. art. 1. ver. Cuius vero negotium ait enim; licet tamen hic opus distinctione, an negotium hujusmodi universalis ecclesiae sit necessitati exigens Episcopum, vel non: nam si negotium necessarii exigit Episcopum, ut ire ad Concilium generale, vel ad Synodum Provincialem, quae etiam se habet ad ecclesiam episcopalem, ut totum ad partem; constat quod ratioabilis est absentia: Sed si negotium universalis ecclesiae non necessarii exigit Episcopum, puta quia persona episcopi habet omnium; quo oportet ipsum universalis ecclesiae servitio perpetuo personaliter Romae deservire, verbi gratia, est Secretarius Sedis Apostolicae, vel Auditor Rotae, aut hujusmodi: non ex hoc excusatur a residentia quoad Deum. Erratio diversitatis est, quia partes dupliciter ordinantur ad bonum totius, Primò absolute; & sic secundum naturalem statum ordinantur ad bonum totius, sicut manus, pedes, & reliqua membra hominis absolute quidem ordinantur secundum suos naturales status ad bonum hominis, cujus sunt partes. In casu autem, quo totius bonum periclitatur, partes etiam perdendo naturales suos actus ordinantur ad bonum totius. Secluso autem casu necessitatis, seu periculi totius, natura totius non requirit defectum in parte aliqua, sed nititur singulas personas salvare in suis naturalibus statutis. Sic autem proportionaliter oportet fieri in toto, & partibus ecclesiae Politicae secundum rectam rationem, ita quod quilibet particularis ecclesia ordinatur ad universalis Ecclesiae bonum, & servitium, absolute quidem, salva cuiusque Ecclesiae perfectione. In causa autem necessitatis ordinatur ad bonum universalis ecclesiae etiam cum sui detrimento. Et quia servitio quodam, ut ire ad Synodum, sunt manifeste in articulo necessitatis ecclesiae universalis, vel provincialis, Servitia autem, quae Romae in hujusmodi officiis exhibentur, nulla necessitate communiter exigunt, ut Episcopi incumbant talibus officiis, sed sunt tales in Ecclesia Dei, velut monstra in natura: ideo

non excusantur a residentia. et si insister, quod relictus in Ecclesia communi, qualis est Romana, censetur ubique residere: Respondetur quod si hoc est verum sicut positivum iuris, quod iuris relinquo, non tamen est verum quoad Deum. Hae Cajetanus; quem multum extollit Sotus, d. art. 4. ver. Si autem necessitas universalis Ecclesiae, qui tamen addit, si Papae expedierit propter egregiam doctrinam, aut singularem auctoritatem personae accedere aliquem Episcopum ad Curiam, cujus consilium capiat in commune bonum, licebit quidem ad tempus eum a suo Episcopatu evocare. Quod ex eo confirmari potest, quia Leo Papa secum habuit Prosporem Episcopum Lugensem; & Gregorius, 12. epist. 1. 5. invitavit Jovinium Episcopum Casanensem, ut Romam veniret, quo ipsum in sacro eloquio collegam haberet.

85 Condicio autem personae excusans Episcopum a personali residentia secundum Cajetanum est unica, videlicet cum persona talis est, ut melius, aut saltem aequè bene per eam absentem regatur Ecclesia, quam regeretur per aliam presentem. Quod & S. Thomas docuit d. Quodlib. 9. art. 1. 5. Et hac ratione sunt sex Episcopi prope Urbem habentes Romae residentiam, quia sunt Episcopi Cardinales, ut in Constitutione S. D. N. de qua infra in c. proximo. Similiter ob eandem rationem possent unus plures Ecclesiae habere, deficientibus aliis idoneis, c. illud, 2. 1. 9. 1. glos. in c. Dudum, il. 2. in ver. Institutam, ad fin. supra de elect. Unde in Polonia ob Sacerdotum penuriam non raro dispensatur super pluralitate Parochialium ecclesiarum; & in Germania super pluralitate Cathedralium, ut dixi in d. cap. Dudum.

86 Porro quia his casibus per accidens est ut Episcopus excusetur a residentia, videlicet ob defectum idonei Pastoris, non mirum si etiam per accidens oportet supplere vices proprii Pastoris per Episcopum titularem, vel Vicarium. Sed his casibus cessantibus, & per te loquendo, residentia praecipue iure divino obligat semper, & ad semper. Et hac est aperte doctrina D. Thomae, 2. 2. 4. q. 18. 5. art. 5. ubi nec persecutionis tempore concedit licitam esse absentiam Pastoris, nisi in casu, (quia, inquit) subditorum salus exigit personam Pastoris praesentiam, non debet Pastor personaliter suum gregem deserere, neque propter aliquod commodum temporale, neque etiam propter aliquod personale periculum imminens, cum bonus Pastor animam suam ponere teneatur pro ovibus suis.) Et sic deducit ex praecipuo Evangelico obligationem residentium in ecclesia, etiam usque ad sanguinis effusionem, quem locum D. Thomas explicat Sor. de iust. & iur. lib. 10. q. 3. art. 4.

87 Eadem sententia adherent unanimiter Canonizati dum in persecutione extrinseca quam patitur Ecclesia a tyranno, & manifestis inimicis quotiescumque, sine Praelato non est tuta salus Ecclesiae, vel cum non solus Praelatus quaeritur, sed etiam Clerus, concludunt Praelatum non posse Ecclesiam deserere, sed potius debere animam suam ponere pro ovibus suis, exemplo B. Thomae Cantuariensis, qui pro hac causa martyrium subivit. c. Sicut dignum, de homicid. Ita gloss. in c. Adversus, in ver. Hoc etiam, 7. q. 1. quam sequitur Innocentius, in c. Nisi eam pridem, in ver. Malitiam, sub n. 4. Holl. Card.

Card. Ant. de Butr. Anch. & alii communiter supra de veniunt. & probatur in c. Suggestum, in c. Serfictaris, & in d. c. Adversus, & in s. Hoc tunc servandum, 7. q. 1. Ergo si etiam persecutione ingruente tenetur Pastor potius mortem subire, quam gregem deserere; quanto magis persecutione cessante illicita erit, & perniciosa absentia Pastoris sine rationabili causa?

88 Porro cum de causis excusantibus a personali residentia Pastores animarum superius diffuse actum fuerit, hoc loco admonendi sunt causas eijusmodi non sufficere, nisi etiam adit licentia superioris, textus est in c. Relatum in sine, & ibi notat gloss. in ver. Praelatorum, & communiter DD. supra eod. c. Non oportet, de consec. dist. 5. c. Magnae, de voto, gloss. in c. fin. in ver. Absentare, de privi. lib. 6. & Gregorius, epist. lib. 3. cap. 36. neminem Potificum a Parochia sua, vel pauperum absque inevitabili processu necessitate discedere permittebat, Et ex Concilio Tridentino, in cap. 1. sess. 23. legitime absentiae causa a Beatissimo Romano Pontifice, aut a Metropolitanano, vel eo absente, suffraganeo Episcopo antiquiori residentem in scriptis sunt approbanda. Sed in his omnibus hodie servari debet novissima Constitutio S. D. N. Urbani VIII. de qua plene dixi infra in c. proximo.

De Clericis non residentibus.

Cap. Qualiter.

S Y M M A R I U M.

- 1 Archiepiscopus, qui propria temeritate ab Ecclesia recessit, & communis non rediit, potest spoliari Archiepiscopatu.
- 2 Capitulum quantum non possit citare Episcopum, potest tamen eum nonere ut rediat ad residentiam.
- 3 Monitorio procedit etiam de inferiori ad superiorem, & de pari ad parum.
- 4 Episcopus qui communis non rediit ad residentiam, videtur habere Ecclesiam pro derelicta.
- 5 Praelatus quibus casibus censetur habere Ecclesiam pro derelicta.
- 6 Episcopus qui Ecclesiam habet pro derelicta, potest ea spoliari per Papam sine citatione, & sententia.
- 7 Citatio, & sententia in notoria non requiruntur.
- 8 Capitulum quantumcumque moncat Praelatum ad residentiam, non tamen potest procedere ad electionem alterius sine auctoritate Papae.
- 9 Episcopi non residentes ex Decretis Concilii Tridentini, & Constitutionibus Apostolicis quae penas incurrant, & n. 1. & seq.
- 10 Concilium Tridentinum in quibus innovet Antiquos Canones contra Pastores non residentes.
- 11 Bulla Sanctissimi D. N. super residentia Episcoporum revisetur.
- 12 Metropolitanus, vel eo absente suffraganeus antiquior residentem an hodie probare possint causam absentiam Episcoporum.
- 13 Cardinalis a Torrecenata, inveciva in Episcopos non residentes.
- 14 Episcopus ab Imperatore, seu Rege evocatus an excusetur a residentia.
- 15 Et quid si a Principe habeat regalia, & n. seqq.

- 16 Intellectus c. Si episcopus, 18. dist. 6. Si vobis fratres, 23. quae. ultimum.
- 17 Episcopus habens sedem a Principe, si vocetur a Papa etiam post regiam praecceptionem, relictis omnibus etiam regalibus sequatur Papam, & n. seqq.
- 18 Episcopus vocatus a Metropolitanano ad Concilium, vel ad causam, item vocatus a Rege, cui potius parere teneatur?
- 19 Episcopi non habentes regalia a Principe, illius praecipuum non sunt obnoxii.
- 20 Sacrodotale dignitas excedit omnem dignitatem saecularem.
- 21 Episcopi ratione muneris, aut reipublicae officii Episcopatus adjuvati quomodo excusentur a residentia.
- 22 Cardinales ex eo quod in Episcopatu prope Urbem, vel in Urbe in suis vicibus residentibus non excusantur a residentia in Cathedralibus quibus praesidi sunt.
- 23 Auditor Camerae procedit contra Episcopos non residentes usque ad sententiam diffinitivam excois.
- 24 Episcopi ultra, vel extra montes quamvis ex causa visitationis limitum abesse possint.
- 25 Episcopus an hodie singulis annis abesse possit tribus mensibus a Concilio Tridentino permisso.
- 26 Cardinalibus Episcopis quomodo, & quamvis a suis Cathedralibus abesse liceat ex causa vacationis Sedis Apostolicae.
- 27 Episcopi temporibus Adventus, Quadragesimae, &c. an in Cathedrali Ecclesia residere teneantur, an vero satis sit ut in diocesi resident, & n. seqq. usque in fin.
- 28 Episcopus absens a Cathedrali, si in diocesi resideat an incidat in penas Tridentini Concilii.
- 29 Lex ubi plura copulative requirunt, non habet locum, nisi omnia simul concurrant.
- 30 Dicitur, si, adjecta verba sunt temporis conditionem importat.
- 31 Gerendum importat conditionem.
- 32 Alternativa natura est, ut alterarum sufficiat.
- 33 Parochus esse teneatur in additu Parochialibus residere, tamen si resideat extra, dummodo in Parochia non incidit in penas non residentium.
- 34 Episcopi ante Tridentinum Concilium tenebantur omnino tempore in Cathedrali residere.
- 35 Alternativa, vel, an sit diuina, vel electionum.
- 36 Distributiones Canoniarum absentium primo applicanda sunt fabricae Ecclesiae si indigeat, sin minus alteri pro loco arbitrio Ordinarii.
- 37 Verbum debet, regulariter non cessatatem importat.
- 38 Verba hortatoria iuncta verbis obligationem importantibus, non excludunt obligationem.
- 39 Episcopi an uti possint absentia trium mensium a Concilio permisso temporibus Adventus, Quadragesimae, & c. & n. 44.
- 40 Episcopus an possit jungere trimestrem absentiam unius anni cum trimestri anni sequenti, & n. 44. & seq.
- 41 Episcopus in casibus, in quibus ex rationabili causa abesse potest, an primo uti debeat tribus mensibus a Concilio permisso, & non nisi ipse consumpsit, licentiam petere non residentium, & n. 46.
- 42 Episcopus visitans Limina in fine unius triennii, an possit in principio triennii sequenti iterum visitare, & ab Ecclesia abesse per oitō continos menses ex Bulla Urbani VIII. & n. 47.
- 43 Episcopus an possit concedi ut per tres menses abesse queat